bẽtes idigẽt exercitio veloci ꝛ forti ad ꝑdictaꝝ ſupfluitatũ expulſionē
ex qbꝫ poſſet opilatio generari ꝛ ꝑ ꝯſequẽs putrefactio in corpibꝫ pue
nire. Regulas in exercitio obſeruãdas inferiꝰ ponã i vno caplo ſpali.
Eadē rõne indigēt fricatiõe mlta ꝛ forti ꝛ ꝙ balneent᷑ ſtomacho ieiu-
no bis ter in ebdomada: vl ad minꝰ ſel. Et oportꝫ ſtomachũ hñtiũ ta
lem ꝯplexionē ītueri. Nã ſi ipiꝰ ꝯplexio ad malũ ỽteret᷑: hũores totiꝰ
corpis ad malũ declinarēt. Nã error notabil' i ꝑma digeſtiõe nõ corri
git᷑ in ſcda. ¶ Ampliꝰ qꝛ hec ꝯplexio ē ꝑata putrefactiõi hũorũ bonũ ē
vt hijs vtat᷑ q̃ putrefactiõi reſiſtũt: cuiuſmõi ſũt frigida: ſicca: nõ viſco
ſa: nõ piguia: nõ dulcia: nõ paſſibilia in ſubſtãtia: nõ ꝑticipãtia cali-
ditate extranea: nõ vaporoſa cuiuſmõi ſũt fructꝰ vaporoſi ꝛ ſpālit᷑ vi
rides ꝛ recẽtes puta ficꝰ: vue: amigdala: ꝛ ſilia. Silit᷑ lacticinia ꝛ ſpa
lit᷑ recẽtia ꝛ vina dulcia ꝛ carnes hũide ꝛ calide: ꝛ vnctuoſe puta car-
nes mutonine: ꝛ idē intelligat᷑ i alijs. Talis ꝯplexio minꝰ ledit᷑ a ieiu
nio vñ forſan ſuffic̃ hñtibꝫ hãc ꝯplexionē comedere i tribꝫ diebꝫ q̃ter.
¶ Hec cõplexio in actibꝫ coitꝰ ſufficiẽtior ē alijs ꝛ minꝰ ledit᷑ a coitu.
Regule in vſu coitꝰ inferiꝰ dicent᷑. ¶ Hec cõplexio minꝰ ledit᷑ a vigilia
inter oēs ꝯplexiões ꝛ plus a ſomno grauat᷑ ꝛ g̊ plus alijs dꝫ vigilare
ꝛ minꝰ dormire. Plus aũt ꝯuenit ei iraſci ꝛ minꝰ gaudere: ſilit᷑ triſta-
ri q̃ꝫ alijs cõplexiõibꝫ. Nõ ꝯuẽit ei vti cibis plurimi nutrimẽti ſꝫ pau
ci ꝛ boni. Et de h̄ inferiꝰ appebit i ſpāli caplo. ¶ Hec ꝯplexio ꝯſueuit
in reumate abũdare: vñ bonũ eſt materiã reumatis interdũ ꝑ ſternu
tationē ꝛ interdũ ꝑ gargariſmata ꝯueniẽtia euacuare ꝑcedẽtibꝫ pur-
gationibꝫ vniuerſalibꝫ. Maſtix ꝛ ſaxifraga ſunt apropriata multuꝫ
in reumatis mũdificatione gargarizãdo vel maſticãdo vel ſternutã-

do. Hec etiam complexio ſatis parata eſt opilationibꝫ venarũ. Abſti
neant ergo habentes hãc complexionem a cibarijs ⁊ potibus opilati
oneꝫ inducẽtibus: ⁊ vniuerſaliter ab omnibus a quibus opilatio po
teſt prouenire. Unde vitare debent cibaria dulcia vnctuoſa groſſa et
etiam potus turbidos groſſos et dulces: debent etiam vitare balnea
poſt cibum ⁊ exercitium forte ⁊ coire et multuꝫ bibere: ſunt enim cau-
ſatiua deſcenſus cibi a ſtomacho ante perfectam eius digeſtionem:
et ideo talis cibus veniens ad venas cauſabit opilationes in eiſdem.
Hec ſufficiant de illa cõplexione.

## De complexione Colerica.

COnſequenter dicemus de complexione calida et ſicca. Habẽ-
tes enim hanc complexionem parati ſunt cadere in febres in-
flammatiuas et ſpecialiter in temporibus calidis: vnde lau-
do ꝙ temporibus calidis vtantur oxizacra ſimplici cum ſyrupo vio-
larum vł nenufaris. Et rationabile eſt vt predicti ſyrupi aromatizen
tur cum aliquantulo ſpice vł cinamomi: quia predicti ſyrupi aliqua-
liter ſtomachuꝫ debilitant. Amplius aqua hordei in temporibus ca-
lidis eſt conueniens eis. Laudo ꝙ predicti ſyrupi recipiantur cũ de-
coctione quorũdam ſeminum deopilatiuorum cuiuſmodi eſt ſemen
melonum cucurbite citrulli ſcariole apij. Et quia hec complexio ſolet
in colera abundare: et ſpecialiter tẽporibus calidis indiget euacuãti-
bus coleram cuiuſmodi eſt reubarbarum ſcamonea correcta: mira-
bolani: citrini: caſſiafiſtula: thamarindi et ſimilia. Huiuſmodi cõ
plexionis regimen dicitur eſſe declinans ad frigida ⁊ humida: quia
parata eſt cadere in egritudines colericas calidas ⁊ ſiccas. Eſt autem
complexio hec ad ſenectuteꝫ parata ratione ſiccitatis: quapropter in-
diget humectantibus et ſenectuti reſiſtentibus: cuiuſmodi ſunt cibi
laudabiles gallinarum: pullorum: ⁊ gallorum iuuenuꝫ: et extremita-
tes porcoruꝫ et carnes vitulorum: ⁊ omnia laudabilia odorifera non
fumoſa nec acuta ſufficienter ſubtilia. Et omnium velocis et ſubiti
nutrimenti eſt vinum. Balneum aque dulcis eſt ei conueniens: ſimi
liter ſomnus et fugere vigilias et labores inordinatos mentis ⁊ cor-
poris. Unde hec complexio minus indiget exercitijs fortibus et plus
leditur a ieiunijs. Unde habentes hanc complexionem cibandi ſunt
bis in die naturali: nec debẽt cibi eorum eſſe valde ſubtiles ⁊ paſſibi-
les nec dulces. Nam tales cibi cum percutiunt a calore forte in cole-
ram conuertunt: ſed debent eſſe cibi eorũ fortioris digeſtionis. Hec
complexio leditur a coitu inordinato: et eſt minus indigens: quãuis
propter caliditatem magis ad ipſum ſit inclinata. Hec etiaꝫ comple-
xio minꝰ indiget fleubomtonijs: et ſpeciali ꝑpter euacuationẽ: tñ be-
ne indiget ꝓpter ſanguinis euentationem.

## De complexione Fleumatica.

COnſequenť dicamus regimen cõplexionis frigide ⁊ humide.
Regimē habētiū hāc cõplexionē debet eſſe declinãs ad calidū
⁊ ſiccū: cuiuſmõi ē panis tritice⁹ bñ fermētat⁹ cū aliq̃ ſalis q̃n-
titate. Et ſi addať ſemē aniſi: feniculi: ⁊ cimini erit panis magꝭ appro
p̄iat⁹. Carnes volatiliū ꝑuoꝝ: ꝑdicū: turturū ⁊ columbaꝝ iuuenū ⁊
ꝑuoꝝ vituloꝝ ſūt ꝯueniētes eis. Carnes aūt porcine et vituline non
cõueniūt eis. Carnes galloꝝ iuuenū eis ſūt cõueniētes: ⁊ oẽs carnes
facilis digeſtiõis ad calidū ⁊ ſiccū declinãtes: ⁊ ſpālit̃ tp̄e frigido. Pi
ſces ⁊ ſpālit̃ aq̄ꝝ dulciū maxīe īimicanť eis. Vñ piſces marini ſūt mi-
nus nociui eis: ⁊ laudo ꝙ decoquãť ī vino cū ſemib⁹ calidis diureticis
Et inť alios piſces approbo oſtreas ⁊ molas ī dicta ꝯplexiõe. Hec ma
xime indiget exercitio ⁊ min⁹ ledit̃ a ieiunio: vñ ſuffic̄ in die ſemel coſ-
medere. Nec debēt eius cibi eſſe fortis digeſtionis: nec ſit potus eius
aqua vl̄ ceruiſia ſed vinū forte: odoriferū in ſubſtantia ⁊ actiõe ſubti
le. Hec cõplexio parum fleubothomia indiget: ſed magis indiget far
macia fleumatis euacuatiua: ꝯſueuit em̄ hec ꝯplexio fleuma multipli
care ⁊ ſpālit̃ in hyeme. Vñ circa ꝑ̇ncipiū veris bonū ē purgare fleuma.
Primo ġ digerať cū oximelle ſimplici vel diuretico vl̄ ſquillitico vel
cū decoctione yſopi: deinde purgeť cū dyaturbith vel cuꝫ decoctione
pollipodij ⁊ mirabolanoꝝ kebuloꝝ ⁊ ſemis cartami in q̃ tꝑenť tur-
bith: agaric⁹ ⁊ zinziber. Hec cõplexio min⁹ ledit̃ a coitu: qꝛ ī eo ſatis ē
potēs q̃uis parū appetat ꝓpter defectū calidi: vñ totalis dimiſſio coi-
tus in ea multū nociua eſt. Stupha eſt cõueniētior huic cõplexiõi q̃z
balneū aq̄ dulcis: balnea tñ aq̄ ſulphuree artificialia vl̄ naturalia ſūt
ei cõuenientia. Sic etiā in hac cõplexione cõuenit vigilia ⁊ ſomnus
ſuperfluus et ꝑ̄cipue diurnus maxime nocet.

## De Melancolica complexione.

COmplexio frigida ⁊ ſicca ceteris ē deterior ⁊ ad ſenectutē ꝑti
or: indiget ġ regimine calefaciēte ⁊ humectãte ī cibis ⁊ potib⁹
⁊ alijs. Panis igit̃ habētiū hāc cõplexionē ſit tritice⁹ ſine ſale
cū ꝑua quãtitate fermēti: ⁊ ſit panis ſatis mollis. Carnes coꝝ ſint
calide et hūide: cuiuſmodi ſunt carnes caſtrati ⁊ caponū antiquoꝝ ⁊
iuuenū. Vinū etiam odoriferum et ſubtile eſt de hijs q̃ maxime cõue-
niūt huic cõplexioni. Indiget etiā fricatione tꝑata et exercitio tꝑato
⁊ balneo aque dulcis. Hec ꝯplexio indiget longo ſomno. Coitus eſt
maxime huic complexioni nociuus: qꝛ coit⁹ infrigidat ⁊ deſiccat et ſi
militer triſticia ⁊ ira. Hec cõplexio qꝛ ſicca indiget inter refectiones
tp̄e breui: vñ ieiuniū nocet ei. Nõ indiget cibis fortis digeſtionis: q̃a
calidum innatū eſt debile: quare etiam non poteſt ſuſtinere multã ci-
bi quãtitatē: vnde min⁹ de cibo ſufficit ei q̃z alijs cõplexiõib⁹: ſed de-
bet ad minus cibari bis in die. Fleubothomia in hac cõplexione no-
cet ſed cõuenit farmacia melãcolie euacuatiua. Medicie aūt ad hoc

valentes ſunt mirabolani: indi: polipodij: lapis lazuli: folliculi ſene:
flores vtriuſq̄ buggloſſe: et multa ſimilia. Debet autē precedere dige
ſtiuū humoris melancolici: vt borago: buggloſſa: thim⁹: epithimus:
ſcolopendria maior ⁊ minor: cappares: thamariſc⁹: pſidia: vinū odo-
riferū: lupulus: cuſcuta: et ſimilia. Fiat hec purgatio in principio ve
ris vel in fine eſtatis. Hec ſufficiāt de regimine totalis lapſus a vero
temperamento iuſticiali. Quid autē ſit de regimine lapſus ī ſingulis
membris apparebit inferius.

## Ca. v. de regulis ſumptis ab habitudine.

NOn eodē regimine indigent pingues naturaliter pl⁹ q̄ʒ req̄
rat humane cōplexionis tēporamentū ⁊ naturaliter maci-
lenti. Sunt enī quidā qui ex totali cōplexiōe et cōpoſitiōe
ſunt macilenti magis q̄ʒ requirat habitudinis tēporamen-
tum ī humana ſpecie quod tam ex ſiccitate cōplexionis q̄ʒ ex calidita
te membrorum tertie digeſtionis: ⁊ ſimiliter aliorꝝ mēbrorꝝ ꝯtingere
ꝯſueuit. Poteſt p̄terea talis macies ꝑuenire ex debilitate mēbrorū
tertie digeſtiōis: ſiue ex pte ꝯpoſitiōis ſiue ex pte ꝯplexiōis: rōne cui⁹
debilitatis: vl' mēbra nō attrahūt alimētū: vel alimētū tractū nō pñt
digerē: ⁊ ſic mēbra extenuanť. Quibuſdā hoīb ꝯtingit ꝙ eorꝝ mēbra
fortia ſūt ī attrahēdo: ⁊ tñ nō īpinguāť ſʒ manēt naťalir macilēta qđ
eſt ex caloris fortitudīe reſoluēt: ⁊ ex ꝟtut ꝯūſiue mēbrorꝝ debilitate
⁊ ex inabilitate reſtaurātiōis mēbrorꝝ. Sūt enī forte mēbra inabilia
vt a cibo reſtaurenť ꝓpť eorꝝ duriciē: ⁊ ſiccitatē vt ī mēbris melā colicꝭ
eſt videre: vel ꝓpť fortē ꝯſūptionē: vt in colericis in qb calidū ē acutū
et ꝯſūptiuū: vñ qđ deberet vel poſſet in mēbra ꝯuerti a forti calore añ
ꝯūſionē ꝯſumiť. Ex dictis hri pōt q̄ ſūt cauſe ſupflue pinguedīs. Naʒ
q: oppoſitorꝝ naťalir oppoſite ſūt cauſe: hūiditas mēbrorꝝ cū calidita-
te obtuſa: ⁊ ꝯūſiue fortitudo ⁊ digeſtiue mēbrorꝝ ⁊ abilitas reſtaurati
onis ex pte molliciei ⁊ raritatis ſūt cauſe pinguedīs naťalis ſiue mľte
carnoſitatis. Differūt aūt carnoſitas ⁊ pinguedo: eo ꝙ pinguedo ē a
frigido ⁊ hūido: nec arguit fortitudinē ꝯūſiue ſʒ ſolū digeſtiue p̄me ⁊
ſcđe. Carnoſitas aūt arguit caliditatē ⁊ hūiditatē ⁊ ſanguīs multitu
dinē: ⁊ digeſtiue mēbrorꝝ interiorū ⁊ exteriorꝝ bonitatē ⁊ conuerſiue:
ſimiliť et reſtaurationē eorūdē: vnde carnoſitas min⁹ vitupabilis ē
q̄ʒ pinguedo.

## De impinguando macrum.

SI ergo aliquis homo naturaliter ſit extenuatus per carnis et
pinguedinis priuationem: debet vti calefacientibus ⁊ hume-
ctantibus ⁊ cibis multi nutrimēti: facilis digeſtionis et ꝯuer
ſionis: et dʒ ꝯfortare mēbra tertie digeſtiōis ⁊ ea p̄parare vt alimētū
meli⁹ attrahāt ⁊ digerāt: retineant ⁊ ꝯuertāt: ⁊ debet vti hijs q̄ ſiccita
ti reſiſtūt et reſolutiōi cū magna cā extenuatiōis ſit reſolutio fortis.

Conueniens eſt ei qui vult pinguedinem ſui corporis ſeruare: abſti-
nere a ſalſis: acutis: acetoſis ⁊ pungitiuis: niſi forte vtatur hijs loco
ſaporis vt melioraretur appetitus. Unde triticum coctum: oua ſor-
bilia: apultes ſorbiles de farina frumenti: ſil'iter triticum nutritū cū
lacte. Lac: caſeus recens: amigdala: fiſtici: pinee: auellane: vue: galli-
ne: pulli colūbarū pinguium aſſatarum vel paſtillatarū: ſimiliter bo
num vinum: leticijs vti ⁊ gaudijs: parum vti minutione ⁊ purgatio
ne: balneare poſt cibum completa prima digeſtione: paruꝫ fameſcere:
multum comedere: parum bibere: ⁊ ſpecialiter vina fortia: paruꝫ ira-
ſci: ſollicitari aut triſtari aut coire: exercitiuꝫ temperatū: fricatio tem
perata: ⁊ omnia dulcia ⁊ vnctuoſa corpus impinguant. Si quis cu
pit mēbrorū tertie digeſtionis virtutem attractiuam ⁊ digeſtiuā con
fortare: oportunū eſt ante introitum balnei membra primo modera-
te fricare: deinde fortius: poſtea pice emplaſtrari: deinde moderate ex
ercitari: ⁊ vltimo abſqꝫ torditate balneari: deinde ſiccis manibꝫ exic-
cari: poſtea inungi pauco oleo oliuarū camomillino vel anetino: de-
inde cibari cibo cōuenienti. Et ſi etas cōſuetudo ⁊ complexio permit
tant fundat ſuper membra ſua frigidā aquam in exitu balnei. Finis
autē fricationis que ante emplaſtruꝫ premittit̄ eſt vt inflatio non in-
cipiat conſumi. Amplius bene ſcias ꝙ verberare corpora cum virgu
lis quouſqꝫ rubeant eorum carnes caloreꝫ ipſorum confortat a dat-
trahendum ⁊ digerendū et ad perfectius conuertenduꝫ nutrimentū
attractum. Et laudamus vt virgule inunganť oleo oliuaꝝ. Nunc
ponatur vnum antidotū bonū ad illos qui volunt impinguari. Su
mantur amigdale excorticate et auellane: ſemen papaueris albi: gra-
num viride ex quo fit terebentina: ⁊ exoluanť oīa in butyro vaccino ⁊
ſuccara: de quo mane ⁊ ſero parū comedať ⁊ ſupbibať vinuꝫ bonum.
Hec ſufficiant de impinguādo macrum.

## De macrefaciendo pinguem.

Et ex predictis ſatis haberi poteſt quale debet eſſe regimē pin
guium exceſſiue. Comedant nanqꝫ cibaria pauci nutrimenti
et magne quantitatis ⁊ citi deſcenſus: ⁊ frequenter balneenť
anteqꝫ comedant: et frequenter ⁊ feſtinū ſit eis exercitium: et inungā-
tur oleis reſoluentibus: et vtantur trifera minori ⁊ electuario de lac-
ca ⁊ interdum tyriaca. Dimittant carnes ⁊ vinum et lac ⁊ omnia dul-
cia. Plurimū vtantur oleribus: ſalſis: acutis: acetoſis: et larga ven-
tris ſolutione vtantur: vrinam et ſudorem prouocent: ⁊ labore mul-
to et veloci vtantur anteqꝫ comedant: et famem tolerent. Ampli⁹ di-
ſponant ſe ad comedendum ſemel in die: et diu vigilent ⁊ vinum bi-
bant vetus ⁊ ſubtile ⁊ ad vltimum vtantur regimine contrario ei qđ
diximus in hoc capitulo. De hijs autē que macreſcere faciūt ſunt
diacimínum dyatreon pipereon. Comedant autem predicta electua

ria ieiuno ſtomacho fame inſtante: ⁊ poſt eorum acceptionez tamdiu
fameant ꝙ eorũ appetitus deprimatur et aliqualiter extinguatur. Et
vt ſit ad vnũ dicere famẽ pati ⁊ ſitim in balneo aereo ſudare ⁊ medici
nas maciẽ faciẽtes aſſumere: parũ dormire ⁊ in lecto duro ⁊ multum
coire ⁊ morari ſub ſole ⁊ in mãſionibꝫ calidis corpꝰ pingue macreſce-
re faciũt. Medicamen corpꝰ macreſcere faciens ⁊ deſiccãs. Recipe
trifere mĩoris drag. iij. pulueris pigre: turbith electi añ. drag. iij. miſce
ant͛ ⁊ ſumat͛ quaqꝫ die ꝓ doſi eiꝰ medietas: vl' de tertio in tertiũ. Am
pliꝰ euacuationes ⁊ vomitꝰ nõ eq̃les macreſcere faciũt ſꝫ eq̃les impĩ
guant. Et illud qď plurimũ extenuat eſt alteratio cõplexiõis ad ꝯtra
rium cõplexiõis faciẽtis pinguedinẽ. Verbi grã: ſi eſt caliditas frige-
factio: ⁊ ſi frigꝰ calefactio. Et eſt notandũ ꝙ maciẽ faciẽtia ſũt diure
tica ſeceſſiua: ſudorẽ ꝓuocãtia: reſoluẽtia ⁊ deſiccãtia: ⁊ vniũſalit͛ im
pediẽtia motũ alimẽti ad mẽbra ⁊ morã eiuſdez in mẽbris extenuant
corpꝰ. Vñ olera ⁊ alia ſtupefaciẽtia ⁊ infrigidãtia ſunt corpꝰ extenuã
tia: eo ꝙ attractiua mẽborũ debilitat͛: q꞉ attractio fit a calido. Ex di-
ctis ſufficiẽter haberi põt quõ mẽbrũ particulare extenuatũ ſit impin
guandũ ⁊ pingue extenuandũ. Impinguãdũ ẽ ex ꝑte attractiõis nu-
trimẽti ꝯuenientis ad ipm ⁊ retẽtiõis eiꝰ ſuꝑ ipm: ⁊ ꝯuerſiõis eiꝰ ad
naturã ipſiꝰ. Et hec oꝑatiões cõplent͛ ꝑ fricationẽ ⁊ rubificationẽ cũ
medicis rubificãtibꝫ: ⁊ cũ fricatiõe q̃ ẽ fortior: ⁊ cũ effuſiõe aq̃ calide ⁊
vltio cũ linitiõe picis ſicͭ ſuꝑiꝰ dictũ ẽ: vl' cũ appoſitione alicuiꝰ hñtis
ꝟtutẽ picis cuiuſmõi ſũt vermes rubei vocati ſanguiſuge terreſtres.
Interdũ aũt indigemꝰ oꝑe cyrurgico: ⁊ ſpãlit͛ ĩ naſo: labio ⁊ aure ad
inciſionẽ carnis indurate a calore ĩpediẽte mẽbrũ augeri ⁊ ĩpinguari
Si aũt velimꝰ aliqď mẽbrũ pinguiꝰ q̃ꝫ oportet extenuare iuuat ad h̄
ipm facere q̇eſcere cũ frigore ſuo ⁊ ligare vias cibi ad ipm ⁊ ſtrigere cũ
ligamẽto ⁊ attrahẽ cibũ ad oppoſitũ eiꝰ. Et de epithimatibꝫ q̃ ꝓhibẽt
teſticulũ aut mamillã ĩpĩguari ſiue augmẽtari ẽ vt ſumat͛ chimolea ⁊
ceruſa plũbi ⁊ miſceãt͛ cũ exꝑſſione iuſq̃ami albi ⁊ oleo myrtino ⁊ ad-
miniſtret͛ inunctio: ⁊ aſſiduet͛ epithimatio eiꝰ cũ fricatiõe lapidis in q̃
fleubothomatores acuunt ſua ferramẽta cũ vnꝰ ſuꝑ aliũ fricat͛ cũ ace
to: vel cũ ſucco iuſquiani albi. Ampliꝰ epithimatio fiat cũ aq̃ alumi-
noſa aceto ⁊ farina fabaꝝ ⁊ coriãdro ⁊ ſiliꝭ tribꝫ diebꝫ cõtinuis: de-
inde empleſtret͛ mamilla cũ cepe lilij tribꝫ alijs diebꝫ ⁊ fiat hoc in men
ſe tribus vicibus. Et hec ſufficiant.

## Caplm. VI. ď regul' ſũptis a diuerſitate mẽbroꝝ

Tota regio corpis hũani ĩ q̃ttuor ꝑtibꝫ a ſapiẽtibꝫ ẽ diuiſa: q̃rũ
ꝑma eſt regio ꝟtutũ aĩaliũ: puta cerebrũ ⁊ mẽbra adiacentia.
Scďa ẽ regio ꝟtutꝭ vital': vt puta cor ⁊ pulmo. Tertia ẽ ꝟtutꝭ
natalis: puta ſtomachꝰ: ſplen: epar ⁊ inteſtina. Quarta eſt ꝟtutꝭ gene
ratiue: puta teſticuli ⁊ mẽbrũ virile ĩ viris: ⁊ matrix ⁊ collũ m̃ricis in

mulieribꝫ. Et q; hec mēbra ſūt diuſaꝝ ꝯplexionū: cōpoſitionū ⁊ opa-
tionū vtriqꝫ indigēt diuerſo regimine. Et incipiem⁹ primo a capite et
dicem⁹ de ꝯſeruatiōe cutis capitis ⁊ capillorū in ea ſituatoꝝ: deinde
dicem⁹ de cerebro ⁊ aliis mēbris ſibi adiacētibꝫ: deinde de nutritiuis
⁊ vltimo de generatiuis. Et vlteri⁹ nos addem⁹ regimen mēbroꝝ ex-
teriorū toti⁹ corꝑis ⁊ cutis: oīm muſculorū ſiue toti⁹ corporis pre-
terqꝫ capitis de qua primitus faciemus mentionē.

## De conſeruatione Cutis capitis ⁊ capillorū.

Quod cutē capitis ab vlcere ⁊ ſcabie ꝓſeruat ē ſi cū balneari vo-
lueris ꝑmū ipm cū melle īunxeris: ⁊ idē facit ſapo ꝓcipue i hy-
eme ſi eā ꝓdicto mō vnxeris. Nec aliq̄ mō lotio capitis eſt
negligēda q̄n fiat ad min⁹ bis in mēſe vel in duobꝫ mēſibꝫ ter: deinde
effunde aquā mediocriter calidā ſuꝑ caput: ⁊ pluries anteqꝫ a vapore
calido balnei calefiat. Et h̄ eſt qḋ quidā ſapiēs cuidam regi precepit.
Cū balneari volueris ꝑmo infūde ſeptiēs aquā calidā ſuꝑ tuū caput
et ſic dolorē capitis nō timebis. Pectines q̄libet die caput ex pectine
eburneo: ⁊ ſepe: q̄m poros apit ⁊ vapores ad ſuꝑiora euaꝑare fac̄. Et
ſi capilli debiles fuerit ⁊ exiles lauēt cū lixiuio ex cinērībꝫ oliuaꝝ facto
⁊ ſit lixiuiū ex aq̄ decoctiōis capillorū veneris: ⁊ edere arboree ⁊ terre-
ſtris. Ampli⁹ fricare radices capilloꝝ cū oleo anetino: maſticino et
oliuaꝝ eos m̄ltiplicat ⁊ ꝯſuat ⁊ caniciē retardat. Ampius puluis la-
zuli mirabilē hꝫ ꝓprietatē in ꝯſuādo palpebrarū pilos. Ampli⁹ deco-
ctio bletaꝝ in vino ꝯſuat pilos barbe: et ſpālr̄ ſi lotio fiat poſt raſurā
īmo lotio ex vino ſimplici aliq̄d valet. Ampli⁹ frequēs barbe ablu-
tio cū aq̄ frigida ei⁹ canitiē retardat ⁊ ꝓhibet depilationē. Et i h̄ oēs
āntiq̄ ꝯcordati ſunt: q̄ mirabolani kebuli ꝯditi canitiē retardāt ⁊ ca-
pilloꝝ colorē ⁊ ſpālr̄ nigrū ꝯſeruāt: ⁊ h̄ plurimū expertū eſt.

## De Cerebro.

Sanitas cerebri ꝯſeruat̄ cū fumigatiōibꝫ ⁊ odoramēt; ſpecierū
aromaticarū: cuiuſmōi ſūt lignū aloes ⁊ ambra et herbe odo-
rifere: puta maiorana: balſamita: balſamū: viola ſarracenica
⁊ ſilia. Hec em̄ cerebrū ꝯfortāt ⁊ reuma ꝓhibēt: ⁊ dolorē emigraneū
curāt: et hec ſpālr̄ cōpetūt in hyeme: ſꝫ in eſtate fiāt ſuffumigationes
ex odoriferis rebꝫ frigidis: puta ex roſis ſandalis ⁊ ſilibꝫ. Et in via ci-
bi cōpetūt pulli ⁊ agni iuuenes decocti modica aq̄. Cōſeruāt em̄ cere-
bri ſanitatē ⁊ augēt ipi⁹ ꝟtutē. Et ſicut dic̄ ariſtoteles comedere ꝑuos
pullos augmētat ⁊ ꝯfortat cerebrū: ⁊ ei⁹ ſenſus ꝯſeruat: ſed comedere
groſſos pullos ſiue gallos ꝯfortat cerebrū et acuit viſum ⁊ ꝓcipue ce-
rebrū galloꝝ veterū ſiue turturū mirabilr̄ acuit intellectū. Preterea
ſuffumiget̄ caput ſuꝑ fumū aq̄ decoctiōis camomille: ſticados ⁊ men-
taſtri. Ampli⁹ ſternutatiōes in ieiuno facte cerebrū purgāt: ⁊ hebe-
tudinē ſenſuū remouēt. Nā vt dic̄ magn⁹ auēzoar ſternutatiōes deo-

pilant cerebrū et ingroſſant collum:mundificāt facieꝫ:confortāt ſen/
ſus:caniciem retardant:⁊ diſſoluūt fumoſitates incluſas in cerebro.
Non eſt ergo ſternutatio negligēda. In hyeme prouocetur a calidis:
et in eſtate a frigidis vel temperatis. Poteſt etiam ſternutatio prouo
cari aſpectū radioruꝫ ſolis. ¶ De rebus maxime conferentibꝫ cerebro
ſunt:thus:acorus:ſpica:ſticados:maiorana:mirabolani:et ſpecialiť
kebuli ⁊ ſimilia multa que in areolis medicinarū facile eſt inuenire.
Quod aūt maxime nocet cerebro eſt indigeſtio ⁊ digeſtiōis corruptio
Hec em̄ radix eſt oīm egritudinū. Que aūt plus intellectū purificāt:
ſunt gaudium cordis:leticia et tranquillitas. Dicit enim quidam ſa/
piens ꝙ gaudium et leticia deſeruiunt intellectui.

## ¶ De Oculis.

Sanitas oculorum cōſeruatur ſi quis abſtineat a cena noctur
na et ne ſtatim dormiat ſtomacho pleno. ¶ Conſequēter vti
puluere cuius recepta ſequitur. Recipe ſeminis feniculi par/
tem vnam eufraſie minoris:partem ſemis maiorane:ſileris monta/
ni an̄.partem vnam:zuccari albi partem vnam ⁊ ſemis fiat puluis.
Uſus iſtius pulueris omnibus modis viſum conſeruat et confortat
Amplius ſuffumigare oculos ſupra fumum aque calide decoctionis
feniculi oculos mūdificat a viſcoſitate groſſa. Et poteſt illa decoctio
fieri ex vino albo et aqua:et poteſt addi in illa decoctione eufraſia:ru/
ta:verbena:⁊ celidonia:et hoc multū ſepe per me expertū eſt. Aſpectꝰ
viridium viſum confortat:⁊ inter album et nigrum coloratoruꝫ:ita
ꝙ ſit color ad membrum declinans:quanto enim color magis a me/
dio diſtat tanto magis debilitat ſiue minus confortat viſum. Ampli
us ſi intueatur aqua frida in pelui coloris viridis:et in eadem oculi
ſubmergantur continue paruo temporis interuallo organum oculo
rum fortificat:et conſeruat ipſis exiſtentibus ſub latitudine ſanita/
tis. Non loquimur em̄ in hoc opere de regimine egrorum ſed ſanoꝝ.
Uſus turturum et auium paruarum viſum confortat: et ſimiliter
feniculus quocunqꝫ modo ſumatur. Utamur ergo crudo et cocto.
¶ Nihil adeo viſui nocet ſicut ſomnus cum ſtomachi repletione:et
ſpecialiter diurnus. Et idem intelligatur de coitu. Amplius omnia
genera acuminuꝫ:ſicut allea:cepe:et ſimilia viſum debilitāt. Et ſili/
ter naſturciū:lactuca:acetū:caules:et omnia vaporoſa:⁊ ſpecialiť ſe
ro viſum debilitant et offuſcant. Et veriſimiliter ſuſpecti de oculo/
rum infirmitate ſeu debilitate abſtineant a ſalſis:vaporoſis:aceto/
ſis:acutis pungitiuis. Caueant etiam a frigore:puluere:et fumo:et
ſpecialiter carbonum precipue marinorum et metallorū ⁊ argēti viui
Et ſimiliť a vento. Et oportet vt minoreť aſpectꝰ in litteris minutis
niſi interdū ad exercitium oculorū. Amplius fletus:vomitꝰ:balneū:
nocēt oculis. ¶ Napi ſiue rape mirabilē hn̄t ꝓprietatē i ꝯfortādo viſū.

Amplius vſus mirabolanoꝝ conditoꝝ ſumme viſum conſeruat et
foꝛtificat. Super omnia ꝓcuretur lenitio ventris. Hec enim maxi-
mè viſum confoꝛtat ⁊ conſeruat. De lenitione ventris inferius appa-
rebit in capitulo de farmacia ſiue ventris lenitione. Quod puriſſime
viſuꝫ ꝯſeruat ⁊ oculos coꝛroboꝛat ⁊ a groſſa viſcoſitate mūdificat eſt
linire palpebꝛas oculoꝝ cū licio diſtēperato cū aqua feniculi.

## De Auribus.

DIcunt quidam ꝙ acetum foꝛte tepidum guttatim in ieiuno
auribus inſtillatum plus ceteris medicaminibus auditui cō-
fert: quia auditus inſtrumentū confoꝛtat ⁊ ꝓhibet fluxū reu
matis ne ad ipſum de cerebꝛo deſcēdat. Et ſi ſit in ipſo aceto ſucc⁹ me
mithe ⁊ demū aurib⁹ inſtilletˀ tūc erit in operatione ſua: tūc eni͂ opti-
me meatū mūdificat auriū a ſupfluitatib⁹ groſſis ipm opilātib⁹ q̄ in-
terdū auditū grauāt: ⁊ in aurib⁹ diuerſas egritudines generāt. Am-
plius oleū amigdalaꝝ amaraꝝ ⁊ nucleoꝝ ꝑſicoꝝ aurib⁹ inſtillatū te-
pidū meat⁹ aperit ⁊ ꝯfoꝛtat: Sūmope cauendū eſt ab omni tumul
tu oīqꝫ ſtrepitu molēdini vl' aquaꝝ ab alto cadētiū: q̄m adeo auditū
ledūt vt vix vox ſocij poſſit audiri. Et dicūt medici ꝙ illud quod pꝛe
ceteris audituꝫ conſeruat ⁊ pꝛeſeruat eſt ſuffumigare aurem ſupꝛa fu-
mum aque calide. ⁊ ſi in ipſa bulierit abſinthiū vel pulegiū vtile erit
Cauēduꝫ eſt p̄terea ne q̄s balneetˀ in aqua lutoſa ⁊ imūda ne aures in-
grediens imundet ⁊ opilet.

## De Odoꝛatu.

QUod ſanitatē odoꝛat⁹ ꝯſeruat eſt mūdificare nares ſtudioſe a
groſſa viſcoſitate vt in ipis nihil de ipſa maneat. Nā hec ma
nēs ī narib⁹ fetoꝛē generat ⁊ olfactū coꝛrūpit. Caueat q̄s ab
oī fetoꝛe ⁊ maxīe ī anguſtis ⁊ ꝓfundis habitaculis opacū ⁊ coꝛruptū
aerē hn̄tib⁹ ī q̄b⁹ ſol intrare nō pōt vt ipſos vapoꝛes coꝛruptos ꝯſume
re poſſit ⁊ aerē ab ipſis mūdificare Nā ex coꝛruptiōe aeris coꝛrūpuntˀ
ſpūs aīales. Et aſſuetus fetoꝛe adeo leditˀ ꝙ in fetoꝛis abſentia olfa-
ctus aſſueto fetoꝛe coꝛrupt⁹ fetoꝛē ſentire nō ceſſat. Ideoqꝫ odoꝛē reꝝ
redolētiū ex aſſuefactione mala nō pōt ſentire. Nam neceſſe eſt ꝙ aſ-
ſuefaciat odoꝛare redolentia: et ſpecialiter per ſuffumigationē rerum
redolentiū aromaticarū: puta ligni aloes ambꝛe et boni cinamomi ⁊
odoꝛet ſpecialiter muſtū ad cōſeruandū ſpm̄ aīalem.

## De Oꝛe.

OS ſanū conſeruabitˀ ſi ante comeſtioneꝫ ⁊ poſt cum aqua ca-
lida abluatur: hoc enim mundificat ⁊ humiditates gingiua-
ruꝫ a capite deſcēdētes aufert ⁊ deſiccat. Et dixerūt q̄dā ſa-
piētū ꝙ dētifriciū fcm̄ cū puluere gariofiloꝝ nucꝭ muſcate ⁊ ſpicenar
di q̄libet die in ieiuno fetoꝛē oꝛis remouet. Si diſſoluatˀ aliquātuluꝫ
maſticis ī oleo roſato: ⁊ inungatˀ pallatū cōfoꝛtat ⁊ conſeruat ipſum.

Caput leporis cōbuſtū pulueriſatū valet ꝯ cācrū gingiuarū ⁊ palati.

## De Lingua.

Lingue ſanitas cōſeruaꝛ cū ablutione facta in ieiunio ⁊ cū mellis fricatione ⁊ zinziberis puluere. Hec eñ linguā attenuant ⁊ ei⁹ grauitatē remouēt. Ampli⁹ aues parue in aſſatura vl' paſtillatura vl' frixatura valēt in grauedine lingue. Nuces lingue inimicanꝛ vnde ab eis eſt abſtinendū in ſanitatis lingue cōſeruatione. Caules cōpetunt in lingue grauedīe comeſti ⁊ maſticati: vnde infantum accelerāt locutionē ⁊ ambulationē. Cōfortāt eñ muſculos ⁊ articulos. Ampli⁹ tenere in ore ſpecies aromaticas ⁊ ſpecialiꝛ in ieiuno: puta gariofolos: cubebas linguā a grauedine liberat ⁊ ad loquendum facilitatē dat ⁊ ei⁹ ſanitatē ꝯſeruat. Hec ſufficiant de regimine ſanitatis totius capitis.

## De Mery ⁊ canna Pulmonis.

Coſequent dicam⁹ de regimie ſanitatis mery ⁊ cāne pulmōis Dicam⁹ ġ ꝙ mery ⁊ cāna pulmonis ꝯſeruanꝛ cū potu brodij pinguiū gallinarū ⁊ carniū ſemiannualis agni cū dulcibꝫ rebus coctarū ⁊ ſpecialiꝛ cū liquiricia. Et ſi cū pdictis carnibꝫ caulium ſūmitates decoquanꝛ erit laudabilis pot⁹. Potus vini dulcis valet ad idē. Oſſa mollia caſtratorū iuuenū mltū cōpetunt in ꝯſeruatione mery ⁊ canne pulmonis leniēdo: ꝯfortādo: mollificādo ⁊ meat⁹ pectoris elargādo. Nō comedat quis oſſa quaꝝ auiū: pulloꝝ: pardicū: piſciū ſpinoſorū ⁊ ſimiliū. Nō comedat carnes groſſas que vix digeri poſſunt. Abſtineat a ſalſis acetoſis ⁊ oleo aquatico. Naꝫ hec oīa ledunt cannā ⁊ mery. Amplius oua mollia cōpetūt in cōſeruatione dictarū partiuꝫ. Amplius liquiricia comeſta ⁊ ei⁹ decoctio gargariſata ⁊ potata valēt ad idē. Qui patiꝛ caſum vuule ſeu elōgationē pcauere debet a vomitu ⁊ ſpecialiꝛ in ieiuno. Ampli⁹ q̄ deſiderat ꝯſeruationem dictorū mēbrorum caueat a potibꝫ frigidis actuali frigiditate: ⁊ ſpecialiꝛ aq̄ frigide. Ex h̄ eñ potu habētes talia mēbra debilia īcurrere poſſent ſpaſmū mery ⁊ p ꝯſequēs mortē ex defectu alimēti attracti. Nā mery mortificatū a frigido potu nequit eē mediū attrahēdi ſiue trāſglutiēdi. Hoc eñ mō galie. vnū ex infirmis ſinochū vel cauſonē patientē ex potu aque frigide morti tradidit: q2 ipſe nō preuidit eius mery debilitatē ⁊ cōplexionis eius frigiditatem.

## De pulmone.

De ꝯſeruātibꝫ ⁊ ꝯfortātibꝫ pulmonē ſciēdū ꝙ cicera in alba zuccara fracta mundata a cortice exteriori decocta cū lacte capno vl' cū butyro recēti pulmonē nutriūt ⁊ ꝯfortāt. Ad idē valēt pēidie ⁊ amigdale ſpecialiꝛ amare a cortice exteriori mūdate. Ampli⁹ lac capnū ſtomacho ieiuno ad idē valet. Et ſiliꝛ cāna mellis ⁊ paſſule

enucleate ſtomacho ieiuno. Salſa acetoſa pungitiua acuta ꝯtriant pul moni. Mirra ſub lingua retēta pulmonē ꝯfortat ſi illð qð ex ea liq̄ſit paulatiue traijciatꝛ. Ampli9 ſucc9 cauliū clarificat9 cū melle trāſglutit9 pulmonē ꝯfortat ꝛ ꝯſeruat: ꝛ vocē clarificat. Ampli9 pinee: amigdale liq̄ricia multū mūdata iuuāt pulmonē ꝛ ei9 canales ꝛ pect9. Ampli9 vinū nouū dulce coctū: ꝛ ꝑ decoctionē a ſuba groſſa depuratū pl9 ceteris ꝓdeſt pulmoni ꝛ ei9 canalib9: ꝛ ſupiori cane añ cibū ſūptū ꝛ poſt cibū: Pulmo vulpis mirabilē hꝫ ꝓprietatē ī pulmōis hoīs ꝯſuatione ꝛ cōfortatiōe. Ad idē valēt cācri fluuiales ꝛ oſtree terreſtres ꝛ limatie ſunt optime ſm ꝙ declaraui in quodam tractatu quem compoſui de emoptoica paſſione et ptiſi: ſi quis videre voluerit videat quia volo me breuiter expedire.

## De Corde.

COnſeq̄nꝯ dicam9 de cordis ꝓſeruatiōe ꝛ ꝯfortatiōe. Et ē ſciēdū ꝙ ſūmopere fugiēda ſūt ad irā ꝓuocātia ꝛ āguſtiā: qꝛ ſic teſtaꝛ ſapiēs q̄dā cor duos hꝫ nociuos hoſtes .ſ. deſpationē ꝛ triſticiā Ex deſperatiōe ꝓueīt torpor ꝛ pigricia. Ex triſticia vo ſenectutꝫ feſtinatio. Hec ḡ duo genera multū cordi nocēt: ſꝫ triſticie nocumētū maius ē: qꝛ naṫalē calorē extiguit ꝛ ſpm̄ ꝓfundat ꝛ ꝯpoſitionē cordis diſſoluit ꝛ tādē inficit. Habēs ḡ irā ꝛ triſticiā eas a corde ſuo expellat ꝛ leticie: gaudio: paci: exercitio delectabili ꝛ venatiōi cum auib9 venatoꝝ intēdat. Nā hec gaudiū leticiā ꝛ audaciā generāt ꝛ aīm ꝯfortāt. Uti cibis ſubtilib9 puta carnib9 pulloꝝ: colūbaꝝ: galliaꝝ: ꝑdicū: turturū: agnoꝝ: capreoloꝝ: ꝛ ceterꝫ cibis ſubtilē ſanguinē generātib9 cōuenit ī cordis ꝯſuatiōe. Ampli9 euitādus ē aer fetid9 nebuloſus impur9. Nō eñ pōt ſpūs vitalis ꝯſuari niſi cū attractiōe bōi aerꝫ ꝛ bōi odoris: ꝛ ex h̄ etiā cor ꝯſeruaꝛ. Uinū bonū ſubtile odoriferꝫ ē ꝺ marie ꝯfortātib9 cor. Nihil repiꝛ qð adeo ꝯfortet cor ꝛ ſpm̄ ꝛ calorē naṫalēꝫ euigilet ſic bonū vinū odoriferū vet9 moderate ſūptū in eſtate mediocriter limphatū: vinū eñ ſanguinē mūdificat: ꝛ eius tenebroſitatē remouet ꝓcipue ſi cū ſonis ꝛ melodijs ſumaꝛ. Mltū etiā iuuat ſedere ī locꝫ amenis vt viridarijs ꝛ ꝓtis ſcꝫ vbi ſūt herbe odorē delectabilē ꝓducētes. Et in orto vbi ſūt curſus aq̄ꝝ ab alto cadētiū ad ima ſuauiꝛ et ſine mag̃ ſtrepitu. Strepit9 eñ ledit aīm ꝛ auditū. Et dicūt ſapiētes ꝙ audire īſtrumēta muſicalia expellit ab aīo ſtrepitū ꝛ a corde triſticiā ꝛ ſtuporē. Sꝫ nota ꝙ dilect9 ſoci9 ꝛ amic9 bon9 ꝛ ſolatioſuſ narratiōib9 et inſtrumētoꝝ delectatiōib9 ſupplet melodiā. Et vt ſit vnū dicere vtus cordis ꝯſeruaꝛ ſubtilib9 cibis ꝛ ꝯueniētib9: odore laudabili tranq̄llitate: gaudio ꝛ dimiſſiōe coꝝ q̄ triſtari faciūt: ꝛ renouatiōe rerūꝫ delectabiliū: puta veſtiū ꝛ ſiliū ꝛ habitatiōe cū dilectꝫ. Et nota ꝙ ſyrupus ꝯpoſit9 ex ſucco bugloſſe vtriuſqꝫ ꝛ ſeta cruda ſūme cor ꝯfortat. Nā hec ſūpta ſimplicia vl' ꝯpoſita ꝯfortāt cor. Et ē notādū diligē

ter q̄ eoꝝ q̄ ꝯfortāt cor: q̄dā ſūt tpata vt iacinct⁹: aur: argētū: bugloſ-
ſa. Alia ſunt calida ſicut doronicū: zedoar: muſc⁹: ambra ꝛ ſeta cru-
da: ꝛ ambo ben: crocus. Et gariofoli ſūt mirabiles ꝛ lignū aloes cru-
dum: ꝛ melliſſa ꝛ ſemē ei⁹ ꝛ cardomomū: cubebe: ſmaragdus ꝛ cnu-
la ꝛ mirabolani. Alia ſūt frigida puta margarita: carabe: campho: a:
corallus: ſandali: ꝛ roſa ꝛ ſpodiū ꝛ lutū ſigillatū. Et ex eis ē corian
drū ſiccū ꝛ humidū: ſed vſuʒ coriādri inhibeo niſi añ ꝑparet mō ꝯſue
to q2 alit habet naturā veneni. Amplius ſcias q̄ oua gallināꝝ mira-
biliter confortant cor: generant enim ſanguinem cordi ꝓportiona-
lem: vnde mirabiliter competunt in cordis ſeruatione ꝛ habentibus
cor debile naturaliter.

## De Stomacho.

Ex ſanitate ſtomachi toti⁹ corporis ſanitas noſcit diſpēſari. Nā
ſtomachus ſe habet in aīalib⁹ ſic radix in arborib⁹. Sic em̄ a
radice venit alimētū ad totā plātā: vñ ſi radix nō nutriat tota
plāta areſcit: ꝛ ſi nutrimētū nō ſit ꝯuēiēs plāta nō diu durat: ſic etiaʒ
ſi ſtomachus nō nutriat ꝛ cibus in ſtomacho nō digerat totū corpus
areſcit: ꝛ ſilr ſi digeſtio corrumpat in ſtomacho mēbra cetera non
nutriunt. Error em̄ notabilis fact⁹ in prima digeſtione nō corrigitur
in ſcda nec in tertia: ꝛ ſic alimētū eſt ineptū ad h̄ vt ꝯuertat in nutritū
et per conſequēs deficit vita. Et cum vita per alimentū cōſiſtat mul-
tum ſollicitari debemus in cuſtodiēda ſtomachi ſanitate. Ad cu-
ſtodiendā igit ſtomachi ſanitatē iubēt quidā ſapientū ſemel in men-
ſe vomitū prouocare cum aqua calida ꝛ aliquātulo aceti. Hoc enim
mundificat ſtomachū a ſuperfluitatib⁹ cibi ꝛ potus ꝛ humorib⁹ ma-
lis. Amplius comedere vuas paſſas in ieiuno cum granis ſuis ſto-
machum confortat ꝛ rectificat eius malam cōplexionem. Abſinthiū
et ſpica nardi in potu eum confortant et ſanū eum conſeruant. Em-
plaſtrum ex maſtice ꝛ ligno aloes confortat ſtomachū et eius malam
complexionē rectificat. Amplius potus abſinthij ſoluit ſtomachi
duriciem et expellit ab ipſo groſſos fumos. Et volens conſeruare ſto
machum vtatur cibo facto ex auibus ſicut pardicib⁹: turturib⁹ iuue-
nibus in aqua coctis. Caueat ne comedendo aquam frigidā bibat ni
ſi forte in fine comeſtionis ſi fuerit ea aſſuetus et aliter non ꝛ parū bi-
bat ex ea. Amplius ſyrupus roſatus aromatizatus cum ligno aloes
ſtomacho prodeſt et ſanitatem eius conſeruat. Dicit ariſtoteles q̄ ſu-
mere in ieiuno drag. iij. electuarij de ligno aloes ꝛ reubarbaro confor
tat calorem ſtomachi et adiuuat digeſtioneʒ: et eius orificium a flcu-
mate mūdificat: procurat appetitum ꝛ ventoſitatem remouet. Et ſi-
militer aqua roſarū cum maſtice et carnibus citonioꝝ rectificat ſto
machum. Amplius inunctio ſtomachi ex oleo de maſtice digeſtio-
nem eius et complexionem rectificat. Amplius multū approbo vſum

coꝛiādri ꝯditi in cuius ꝯdimēto addaꝛ ligni aloes drag. j. gariofiloꝝ
ſpice nardi ſādali muſcatelli añ. drag. ſemis cinamomi electi: melano
pipis añ. drag. j. ⁊ ſemis fiat puluis. ¶ Fiant ergo. iij. libꝛe coꝛiandri
conditi ⁊ addaꝛ pꝛedictus puluis. ¶ Amplius euitenꝛ genera fructu
um ſcilicet poma: pira: meſpila: auellane: grana pini: ⁊ euitenꝛ omnia
lacticinia ⁊ medulle ⁊ cerebella ⁊ maxime quadrupedū. Et vniuerſa-
liter omnia interioꝛa magnoꝛū animaliū quadrupedū: vti tamē poſ-
ſunt cerebella galloꝛū ⁊ gallinarū ⁊ ceterarū auium pꝛeterq̄ꝫ auiū de-
gentium in ripis aquarū. Pellicula interioꝛ ſtomachi gallinarū mi-
rabilem ꝓꝓꝛietatē habet ī ſtomachi hoīs ꝯſeruatione. Et ſcias ꝙ om-
nes medicine ⁊ omnia facientia abominationē ſtomacho inimicanꝛ
¶ Amplius retētio fecū ⁊ ventoſitatū eſt de hijs que debilitāt ſtoma
chum. Et coitus immoderatus maxime debilitat ſtomachum. Su-
ſpecti igiꝛ de ſtomachi debilitate ⁊ paſſionibꝫ eius cōtineant. ¶ Am-
plius vigilia īmoderate ſumme debilitat ſtomachum ⁊ etiā dimiſſio
exercitij. Et vomitus laboꝛioſus debilitat ſtomachū īmo ipſiꝰ conti-
nuatio moꝛtē inducit. Et hoc vidi per experientiā: attamē vomitꝰ nō
laboꝛioſus eſt innatiuus ⁊ laudabilis ex parte purgatiōis. ¶ Ampli-
us ex debilitantibꝫ ſtomachū ſunt ceruiſia ⁊ vinuꝫ nouū nō defecatū
Et ſimiliꝛ potus inter duas comeſtiones digeſtione ſtomachi adhuc
nō cōpleta ſtomachū debilitat. ¶ Amplius ſcias ꝙ mētis curioſitas
⁊ ingenij ſollicitudo ſunt de hijs que maxime ſtomachū debilitant.
¶ Sūme vitāda eſt repletio nauſeatiua ⁊ multiplicatio ferculoꝛū et
eoꝝ interruptio ⁊ ſiliꝛ eoꝝ diffoꝛmitas ⁊ menſe ꝓlōgatio ⁊ mala ma
ſticatio ⁊ potus multiplicatio. Hec em̄ oīa digeſtionē coꝛrūpūt ⁊ ſto
machū debilitant. Hec ſufficiāt de cōſeruatione ſanitatis ſtomachi.

## ¶ De Epate.

**C**Onſequēter dicamus de ſanitatis epatis cōſeruatione. Dica-
mus ḡ ꝙ decoctio reubarbari: reupontici: abſinthij: eupato-
rij roſe ⁊ lacce adminiſtrata in ieiuno cōfoꝛtat epar debilita-
tum. Et ſimiliꝛ electuariū de lacca roſis. Et ſimiliter comeſtio carniū
ſubtiliū laudabiliū puta perdicū iuuenū ⁊ ſimiliū cū ciceribꝫ decocta
rum vel aſſatarū nō ad carbones ſed cū aqua calida: hec em̄ melioꝛ ē
aſſatura. Nā illa q̄ fit ad carbones nō euadit ab aduſtione vl' ſiccitate
nimia niſi cuſtodiaꝛ diligenter. Sed aſſatura q̄ ſuper aquā fit calida
equaliꝛ ⁊ vnifoꝛmiꝛ fit: ⁊ ab aduſtione ſecuraꝛ. Uue paſſe ⁊ ficus albe
epar magnificāt. Nā qm̄ epar in dulcibꝫ delectaꝛ ideo facilius ea appe
tit ⁊ auidiꝰ. Et huius ꝓbatio eſt cōſequēter ſi anſer vel gallina ficubꝫ
ſit impinguata carnes eoꝝ pingues erunt ⁊ humide ⁊ delectabiles et
ius eoꝝ delectabiliſſimū. Ficus vero ⁊ vue paſſe ſi cōmedanꝛ in ieiu
no epar deopilāt ⁊ cōfoꝛtāt ⁊ eiꝰ cōplexionē rectificāt. Et ſimiliꝛ pul-
li parui in modica aqua decocti in cibo ſumpti epar cōſeruāt ⁊ cōfoꝛ-

tant. Ampli⁹ notandū ꝙ vſus maloꝝ granatoꝝ dulciū ⁊ vuarū
paſſarū magnificat epar ⁊ intantū eius malā cōplexionē rectificat ꝙ
comedentē ridere facit. Vinū etiā ſubtile in ſubſtātia moderate ſum
ptū epar calefacit ⁊ deopilat ⁊ cōfortat ⁊ cōſeruat: ⁊ eius ſanitas to=
tum corpus in ſanitate conſeruat. ¶ Ampli⁹ ſcire debes ꝙ intromit
tere cibū ſuꝑ cibū ſcꝫ indigeſtū ⁊ error ordinis eius ē ex reb⁹ magis no
ciuis nō ſolū epati ſed etiā ſtomacho. Et ſiliter potare ſubito aquaꝫ
frigidā ī ieiuno ⁊ p⁹ balneū coitū et exercitiū qñqꝫ ꝑducit ad īfrigida
tionem vehementē epatis ⁊ ydropiſim. Et ſi aqua frigida q̄s indigue
rit ꝓpter epatis inflāmatōem nō recipiat eā ſolā ſed cū aliq̄ntulo vini
vt nō infrigidet̄ vehemēter. Nec traijciat̄ impetu oſe trāſglutiēdo ſed
paulatim ſugendo. ¶ Ampli⁹ ſcias ꝙ oīa viſcoſa epati nocēt ex ꝑte
qua faciūt accidere opilationē. Et ex coꝝ ſūma eſt frumentū: nō oīne
ſed glutinoſum. Et ſuppoſito ꝙ bene digerat̄ in epate cauſabit in mē
bris ſequentib⁹ opilationē. Et ſiliter vinū dulce opilat epar ⁊ deopi=
lat pulmonē. Hui⁹ aūt cauſa eſt qꝛ vinū dulce nō gradatim veīt ad
epar: ex eo ꝙ epar multū diligit ipm quia dulce ⁊ ꝓpter facilē eius pe=
netrationem quia potus et quia calidum quare non moratur ea q̄n=
titate qua ſeparetur fex ab eo immo peruenit ad epar cum groſſitudi=
ne ſua. Inuenit em̄ vias ſcilicet meſeraicas paratas: ſunt em̄ ample
et vene in epatis ſubſtantia ſunt valde ſtricte. Cū ḡ ad epar peruenit
nō morat̄ q̄ntitate qua digerat̄ imo expellit̄ ſubtile in venas ſtrictas
velocitate ſue penetratiōis et remanet ſedimen ꝓpter viaꝝ cōſtrictio
nē. Sed in pulmone ꝯtrariū euenit. Nā ad pulmonē venit vinū dul
ce cū iam colatū eſt a via meatuū mery ꝑ viā reſolutiōis ex meatib⁹
ſtrictis ad amplos. Aut ex via cōcaue cū iam dimiſit feceꝫ. Et vadit
adhuc illuc cum ſit colatum ⁊ tranſit ex meatib⁹ ſtrictis ad amplos
quare colat̄ vice alia. Et bene ſcias ꝙ medicine in q̄bus eſt amaritu=
do qua fiat apertio: ⁊ ſtipticitas quedā qua fiat confortatio: ⁊ odor cō
ueniēs ſubſtantie ſpūs ꝓhibens a putrefactiōe: ſunt inquantū hmōi
medicine epati cōuenientes: ⁊ hmōi ſunt cinamomū ſticados: abſin
tiū: mirra: ſpica: crocus: ⁊ ſimilia. Scias ꝙ auellane conuenientes
ſunt epati omni q̄m nō ſunt vehemēt̄ caliditatis ⁊ ſunt aptiue ⁊ eaꝝ
chym⁹ ē bon⁹. Et epar lupi ⁊ carnes limatiarū ꝯueniētes ſūt epati cū
ꝓprietate que eſt in eis. Et ſimiliter ſpecies endinie ⁊ ſpecialiter illa in
qua eſt maior amaritudo. Epati em̄ calido cōpetunt ratiōe ꝓprietatꝫ
et deopilatōnis ⁊ amaritudinis ⁊ alicuius ſtipticitatis. Si igit̄ epar
ſit calidū ſpecies endinie adminiſtrent̄ cū melle vt earū frigiditas tē
peretur. Et hec de epatis conſeruatione.

## De Splene

Conſequēter de ſplene dicendū eſt. Nam ſplen eſt inſtrumen=
tū ridendi. Habentes em̄ ſplenē bene diſpoſitū ⁊ fortē ad mū

diſficandū ſanguinē groſſum et turbidū exquo corpus nō pōt bn̄ nu-
triri naturaliter ſunt leti ⁊ ſine triſticia. Et ꝑ oppoſitū ſplene exiſtēte
debili ſanguis groſſus ⁊ turbidus manet in venis ⁊ moueť ad cor ⁊
ad cetera mēbra corꝑis ⁊ iō reddit hoīem triſtē et melancolicū. Bene
ergo ſolicitari debemus de ſanitatis ipſius ꝯſeruatiōe. Conforteť eñ
corpus ſplenis cū cibis bene nutrientibꝫ et deopilantibꝫ cuiuſmodi
ſunt gallina cocta cū modico brodio: ⁊ carnes pulline ⁊ eduline cum
modico aceto cōdite: ⁊ lac nouiter mulſum cū modica zuccara ⁊ eli-
gať lac capraꝝ ⁊ camelinū. Hec eñ ſplenis opilationē apiunt et eius
ſanitatē cuſtodiūt. Et vinū rubeū in cōmeſtiōe ſumať. Et gn̄aliť om
ne qđ impinguat ꝓdeſt ſpleni: om̄e eñ tale reſtringit ſplenē ⁊ ipſum
tꝑate diminuit. Paruitas ſplenis ſignificat bonā cōplexionē corꝑis
et eius groſſicies cōtrariū. Abſinthiū etiā in potu cū melle ſumptuꝫ
ꝓdeſt ſpleni ⁊ eius cōplexionem rectificat. Et dicūt medici ꝙ bibere
aquā vel vinū que diu ſteterint ī vaſe tamariſci cōfortat et conſeruat
ſplenē. Caueat q̇s a groſſis ⁊ ſtipticis fructibus: cuiuſmodi ſūt pira:
meſpila: ſorba: coctana et ſilia: qm̄ orificia ſplenis cōſtringūt ⁊ articu
los debilitant. Caueat ſilr̄ a groſſis carnibus puta bouinis caprinis
ceruinis ⁊ porcellinis. Et ab om̄i legumie ⁊ oī qđ fit de lacte: puta ca
ſeo ⁊ lacte acetoſo. Hec eñ oīa epar et ſplenē ledūt ⁊ colerā nigrā ge-
nerāt. Et vtať vino albo vel citrino qđ ſplenē attenuat ⁊ opilationeꝫ
apit et eiꝰ groſſiciē ſubtiliat. Et dicūt quidā empericorū ꝙ ſanitateꝫ
ſplenis cōſeruat: vt qn̄ ire velis ſiniſtrū pedē an̄ dextrū moueas ⁊ hoc
in aſcendēdo ⁊ deſcendēdo ſerueť. Hec ſufficiāt de ſplene

## De Inteſtinis

DIcamꝰ quō inteſtina in ſanitate cōſeruanť: qđ fit cū a fecibus
in eis cōtentis mundanť: ⁊ ſilr̄ cū ab humore viſcoſo q̇ in eis
multiplicari cōſueuit: vel ex regimis malicia vel ex debilitate
mundanť: nam hic hūor interdū impedit exitū fecū naturalē. Mū-
danť ğ īteſtina a fecibꝫ ⁊ hūore viſcoſo cū potu aque mellis in ieiuno
et cū cōmeſtiōe ficuū ſiccaꝝ pinguiū in ieiuno: vel cū potu aque deco
coctionis carū. Et ad idem valet ꝓdiū pingue agni annualis decocti
cū bletis. Et ad idē valet brodiuꝫ galli antiq̇ decocti cū polipodio et
aniſo. Amplíꝰ ſcias ꝙ vue paſſe nō enucleate in ieiuno comeſte pre
ceteris inteſtina ꝯfortant. Amplíꝰ dicūt quidā ꝙ riſum decoctū in
recenti lacte comeſtū inteſtina cōfortat et nutrit. Volens aūt ſani-
tatem ſuoꝝ inteſtinoꝝ cōſeruare caueat ab omni cibo acetoſo acuto
groſſo et viſcoſo. Abſtineat a pane azimo ⁊ a carnibꝫ animaliū mag-
norū domeſticoꝝ ⁊ ſilueſtriū: bouꝫ: vacarū: lepoꝝ ⁊ porcoꝝ domeſti
coꝝ: anſeꝝ: anatū domeſticoꝝ et ſilueſtriū ⁊ ab iterioribꝫ aīaliū Et a
piſcibꝫ paruis recentibꝫ et ſalitis. Caueat et ab aſſatis ex piſcibꝫ ⁊ car
nibus. Abſtineat a caulibus: rapis: pomis: piris: meſpilis: ſorbis: ⁊ ſi

milibꝫ. ¶ Ampliꝰ abſtineat ab omibus generibꝫ oleꝝ p̄terquā a ruta
bleta: feniculo: petroſilino ⁊ ſimilibꝫ calidis ſicut mēta ⁊ eruca nā in
alijs ab iſtis eſt inflatio. ¶ Ampliꝰ abſtineat a generibꝫ lactis ⁊ eorū
que ſunt de lacte. Cucurbita ⁊ cucumeres ⁊ citonia inimicant̄ inteſti
nis. ¶ Ampliꝰ nuces amigdale humide ⁊ fabe ſpēaliter hūide ⁊ vl'r
legumia ſpēaliter hūida nocēt habentibꝫ inteſtina debilia. ¶ Ampliꝰ
mora celſi multū nocēt inteſtinis ⁊ ſiliter granata accetoſa. Suſpe=
cti ergo de egritudinibꝰ inteſtinorum abſtineāt a p̄dictis. Et ſciāt ꝙ
ventoſitatū retētio multū debilitat inteſtina ⁊ qn̄qꝫ ꝑducit ad hydro
piſim et gn̄at tenebroſitatē viſus ⁊ epilentiā et vertiginē. ¶ Ampliꝰ
exercitiū poſt cibū imediate ⁊ ſiliter potꝰ aq̄ frigide ⁊ vinū plimū pꝰ
cibū imediate nocēt viſceribꝫ nocumēto mirabili: ⁊ ſiliter coitꝰ imo=
deratꝰ ſpēaliter ſuꝑ cibū multū debilitat inteſtina. Dixerūt ſapientes
ꝙ alleū coctū cū carnibꝫ pinguibꝰ edi mitigat inteſtina ⁊ impetuoſaꝫ
eoꝝ remouet ventoſitatē ⁊ inflationē ꝯſumit. Comedere etiam alea
cruda ſicut faciunt gallici dolorē inteſtinoꝝ curat ⁊ groſſam repellit
ventoſitatē et ideo alleū d'r tyriaca ruſticoꝝ

## ¶ De Renibus

Quod p̄ ceteris cōſeruat renes et ꝯfortat qn̄ debiles ſunt in pro
pria oꝑatiōe puta ad attrahendū ꝓpriā aq̄ſitatē vrinalē ſang
uinis dicit̄ ſpinargia cū carnibus arietis decocta ⁊ comeſta.
Ad idē valent vue paſſe bene enucleate. Renes eīn nutriunt ⁊ feculen
tiam vrine mundificāt. Semia melonū poſt potū comeſta cū zucca=
ra idem oꝑant̄. Et ſiliter pulpa melonū cū zuccara comeſta ad idē va=
let. ¶ Amplius farina ordei cū lacte p̄parata renes impinguat ⁊ eoꝝ
ſanitatē cōſeruat. ¶ Ampliꝰ ad idē valent pinee ⁊ amigdale cū peni=
dijs comeſte. Omnes fructus frigide nocent ⁊ ſiliter accetū ⁊ carnes
groſſe ſicut caprine bouine ⁊ lac acetoſuꝫ. Et oīes herbe frigide mul
tū nocent renibꝫ: ſed rapa ꝓdeſt aliquantulū. Et ſcias ꝙ lacti oīno in
eſt ꝓprietas mirabilis in cōfortatione renum ⁊ comedere renes cū ali
quibus alijs impīguat renes ⁊ cōfortat. Lac etiā camelinū comeſtū
renes cōfortat aggregat ⁊ cōſolidat. ¶ Ampliꝰ vinū paſſulatū aliq̄n
tulū ponticū renes confortat. Et coitus imoderatꝰ ⁊ balneū imode=
ratū: ⁊ odire trāq̄llitatē et quietē: ⁊ multū vti cibis diurecticis ⁊ po=
tibus renes debilitāt ⁊ rarificant ⁊ calorem eorū innatū exalant.

## ¶ De Veſica

Scias ꝙ electuaria calida puta dyagalanga dyatriōpipereō et
ſimilia cōfortant veſicā. ¶ Potꝰ aque frigide in ieiuno veſi=
cā debilitat. Etiā ſepe comedere vix p̄ſuat veſicā ab egritudīe. ¶ Am
plius panis tritici preparatꝰ cum butiro vel cū melle magnam habet
ꝓprietatē in ꝯſuādo veſicā ¶ Ampliꝰ trag. ſemis de ligno aloes q̊libꝫ
die in potu ſūpta valꝫ contra frigiditatē veſice ⁊ eaꝫ confortat Nihil

adeo ledit veſicā ſicut lōga vrine retentio vltra volūtatē mingendi.
¶ Ampliꝰ comedere carnes bouinas ⁊ herbas frigidas: et cibaria fri
gida et aquā frigidam bibere in ieiuno mltas egritudīes generant in
veſica. Et ſup̄ oīa vſus aceti ledit veſicā ſicut dicit galienus.

## ¶ De Ano

Anus eſt mēbꝝ de facili leſionē ſuſcipiēs et cū ſuſcepit difficul
ter curatur quare indiget bono regimīe cū cibis ⁊ alijs rebꝫ con
uenientibꝫ. Sanitatē igitur ani cuſtodire cupiēs nō ſedeat diu
ſup̄ terrā vel ſup̄ frigidū actu. ¶ Ampliꝰ abſtinere dꝫ a carnibꝫ boui
nis ⁊ vniuerſaliter a carnibꝫ groſſis ſilueſtribꝫ ⁊ generantibꝫ coleram
Colera em̄ ſuo acumine ledit anū. Caueat ab omibus generibꝫ acru-
minū ¶ Sedere em̄ aliqn̄ aliquādiu ſupꝛa lapidē calidum in ſtupha
anū cōfoꝛtat. Nā ſua ꝓpꝛia caliditate actuali ꝯſumit humiditatē ſu
perfluā ani. Eſt em̄ anꝰ velut totiꝰ coꝛpis emunctoꝛiū: vn̄ ad ipm̄ flu
unt multe hūiditates. ¶ Amplius cibi ſtiptici nō cōpetūt hn̄tibꝫ anū
debilē nec fructus frigidi. Vtantur carnibꝫ arietis caſtrati iuuenis pin-
guis cū modico bꝛodio. Euitent cepe ſup̄ oīa qm̄ oꝛificia venaꝝ apit
Etiā ſedere in ſede facta de coꝛio leonis anū cōfoꝛtat. Et ſilr̄ ſede-
re in ſede facta de coꝛio thauri et foꝛte cerui ⁊ quoꝛundā alioꝝ quoꝝ
coꝛiū hꝫ ꝓprietatē in calefaciēdo ⁊ ꝯfoꝛtādo anū cū qs ſederit ſup̄ eis.

## ¶ De Emoꝛroydibus

Sed qꝛ quidā ſolēt pati emoꝛroydas in ꝓceſſu etatis eoꝛū q̄ſi
naturaliter ſicut mulieres patiuntur fluxū menſtruoꝛū. Nos
volumꝰ hic ponere vnū puū capitulū regimīs ſanitatis eoꝛū
qui emoꝛroydibꝰ vexari ſolēt ne foꝛſan ex erroꝛe regimīs plꝰ grauentur
¶ Tales aūt tp̄e q̄etis ſcꝫ tp̄e q̄ nō vexātur ab emoꝛroydibꝫ ſi foꝛſan du
bitarēt nimiū fluxū futurū euitare debent oīa accuta ſalſa ⁊ ſilīa dul
cia inflāmabilia frixa: aſſata ⁊ maxime ſi ſint arida. Et vitent oīa in
flāmātia ſanguinē: puta irā: coitū: exercitiū foꝛte: ſtuphā ⁊ balneum.
Hec em̄ ſanguinē acuūt et inflāmāt. ¶ Ampliꝰ talibꝫ nō cōpetūt vi-
na acuta foꝛtia nec ſpēs valde calide. Et vlr nihil apitiuū venarū eis
eſt ꝯueniēs. Et vlr vitare dn̄t oīa ledētia anū ⁊ inteſtina ¶ Amplius
vitare dn̄t oīa generātia ſanguinē groſſū et melancolicū qꝛ talis ſan-
guis eſt materia emoꝛroydarū ⁊ hmōi ſunt carnes groſſe aīaliū ſilue
ſtriū: vt puta carnes ceruoꝝ: lepoꝝ: boum ⁊ ſilīū et auiū degētiū in
ripis aquarū. Et vinū eoꝛum non debet eſſe nimis groſſum ne ſan-
guinē melancolicū generet: nec nimis ſubtile ne appiat oꝛificia vena-
rum: nec nimis foꝛte ⁊ acutum ne ſanguinē reddat nimis mobilē ⁊
ſubtilē: ſit ergo vinū mediocre ⁊ caloꝛe ⁊ foꝛtitudīe et debilitate odo
riferū et boni ſapoꝛis ¶ Amplius cauere debent a medicinis laxati-
uis et attractiuis hn̄tibus caliditatē et acuitatē et ſpecialiter ab aloe

et ſcamonca in quibus virtus eſt fortis in appiendo orificia venarũ
Etiã cauere debent a cliſteribꝫ ꝛ ſpecialiter acutis ꝛ pungitiuis ne ex
eis emorroydes ꝓuocenť ante temp⁹ debitũ a natura. ¶ Tamẽ lau-
do ꝙ ꝓcurent habere ventrẽ laxum cum aliquibus lenibus remolli
tiuis cuiuſmodi ſũt caſſiafiſtula brodia pinguia et bureta boraginũ
et bletarũ cum oleo oliuarum: ꝛ brodium caulium. Ad ideꝫ valet come
ſtio ficuũ ſiccarum in principio menſe ꝛ etiam valẽt fructus humidi
puta pruna bene matura et vue et ſimilia. Uentris cõſtipatio cõſue
uit ledere multũ patientes emorroydas tpe fluxus eoꝝ: ꝛ ergo bonũ
eſt ante illud tempus ꝓcurare ne feces in inteſtinis remaneant. Sci-
as ꝙ extremitates porcoꝝ cõueniunt patientibꝫ emorroydas: ꝛ ſimi-
liter extremitates vituli. Non em̃ ꝑmittunt emorroydas nimis flue-
re. Ad eandẽ intentionem poteſt valere riſum ꝛ amidũ ꝛ alia ſtiptica
delectabilia: puta: pira ꝛ coctana: non quidẽ ante cibũ ne ventrem cõ
ſtipent ſed poſt: ꝛ maxime tempe quo fluunt ſi timeamus de eoꝝ flu-
xu imoderato. Ad idem valet ſirupus roſarum mixtus cũ aqua ferra
ta ꝛ maxime in eſtate. Et etiã applicatio aliquoꝝ ſtipticoꝝ ab extra:
puta roſarum mirtillorũ bulitoꝝ in aqua ferrata et deinde expſſorũ:
et hoc in eſtate. Sed in hyeme frigatur ſaluia in multo oleo roſaruꝫ
et applicenť in ſaculo: ꝛ hec ſufficiãt

## ¶ De Juncturis

Hic ꝓponamus hic de regimĩe illoꝝ qui dolores iuncturaꝝ pati
ſolent: non quidẽ curatiuo ſed magis p̄ſeruatiuo. Euitanda
ſunt que iuncturas debilitant et que materiã doloris iunctu-
rarum multiplicant et que materias ad iuncturas fluere faciũt ꝛ vtẽ-
dum eſt his que iuncturas cõfortant ꝛ materias diminuũt et eas ad
iuncturas fluere non ꝑmittunt. Suſpecti igiť de iuncturaꝝ dolore
caueant a fumo argenti viui et etiam a fumo omniũ metalloꝝ ꝛ a fu-
mo eorum quibus alchimiſte in eoꝝ ſublimationibus vti cõſueueťt.
Hic em̃ neruos ſũme debilitat et iuncturas ¶ Amplius caueant ab
aceto quia neruos ledit: ꝛ idem facit accetoſitas citri: ꝛ vniuerſaliter
omnia accetoſa ¶ Amplius lac et omnia lacticinia nocent neruis et
iuncturis: et etiã piſces recẽtes iuncturas mollificant. Et aſſiduatõ
comeſtionis pomorũ generat dolorem iuncturarũ et neruorũ: ꝛ ideꝫ
poteſt intelligi de aliꝫs fructib⁹ vaporoſis frigidis. ¶ Amplius allea
et omnia alia acrumina nocent neruis ꝛ iuncturis. ¶ Ampli⁹ ſcias
ꝙ nauſeatiua ſatietas maxime vitanda eſt ab his qui ſuſpecti ſunt de
doloribus iuncturarũ. Etiam vitandũ eſt exercitiũ forte poſt cibum
ĩmediate: et coitus ĩmoderat⁹ poſt cibum. Et idem intelligať de bal
neo. Nam hec ſunt cauſe quare materia indigeſta fluit ad iũcturas ꝛ
neruos. Similiter potus ĩmoderatus ꝛ maxime vini poſt cibũ et ſi-
ne cibo eſt euitãdus. Eſt em̃ cauſa indigeſtionis que eſt magna cauſa

doloris iūcturaꝝ. Etiā euitandꝰ eſt ſomnus diurnus imediate poſt
ſaturitatē. Eſt em̄ cauſa reumatis: vnde materiā reumatiſantē ad iū-
cturas multiplicat. Cibaria aūt talium hoīm debēt ad aliqualē groſ
ſiciem declinare ne humor generatus ex eis ſit aptus fluere adiunctu
ras ꝓpter ſubtilitatē. Debēt ergo coꝝ cibaria eſſe melancolica groſſa
nō quidē intantū ꝙ cauſet indigeſtio: ſic em̄ lederent ab eis. Et ꝓpter
eandē rōnē cibaria eoꝝ nō debent eſſe nimis calida: ne vias appiant
et humores ex eis generati fluxibiles fiant. Nec nimis frigida ne cau
ſent indigeſtionē. Euitent carnes ſalſas et piſces ſalſos: ⁊ vľr omia di
geſtioni repugnantia cuiuſmodi ſunt carnes bouine antique ⁊ dure
valde ⁊ carnes porcine multū antique: ⁊ carnes aīaliū ſilueſtriū ma-
gnoꝝ antiquoꝝ ⁊ ſpecialiter ſalſoꝝ. Et ꝓpter eandē rationē euitare
debent cibaria facta de paſca azima ⁊ panem azimum. Hec em̄ omia
digeſtioni repugnant. Unde ſi cōtinuent cauſant indigeſtionē ⁊ ma-
xime ſi recipiant in magna quātitate. Verū eſt tn̄ ſi carnes bouine ꝑ-
fecte digerant ſatis cōueniūt eis. Qm̄ ſanguis generatꝰ erit laudabiľ
qualitatis ⁊ groſſe ſubſtātie. Carnes cōueniētes eis ſūt carnes vituli
vniꝰ anni ⁊ carnes cuniculoꝝ ⁊ lepoꝝ iuuenū. Piſces nō multū con
ueniūt ſuſpectis de dolore iuncturarū. Et ſi vti contingat piſcibꝫ vtā
tur bōis piſcibꝫ: ſic ſūt piſces marini laudabiles nō beſtiales: nō ſine
ſquamis: vn̄ garnati: rogeti: ſole: ⁊ plaicie ſunt eis cōuenientes: ⁊ ſiľr
oſtree marine et etiā mole. Et laudo ꝙ decoquant in vino ⁊ addat in
decoctione cynamomū fruſtatim inciſū. Carnes volatiliū ꝑuoꝝ nō
multū eis cōpetūt ꝓpter eaꝝ ſubtilitatē. Et ſiľr leguminū gn̄a ſuſpe-
ctis de doloribꝰ iuncturaꝝ nō cōpetūt. Hn̄t em̄ duriciē ⁊ nicroſita-
tē ⁊ ſubſtantie groſſiciē ⁊ digeſtionis difficultatē: ex quibꝫ cōcluditur
vſus leguminū iuncturas ledere. Et omēs ſuſpecti de doloribꝰ iūctu
rarū debent vti fleubothomia vel farmatia vel vtraqꝫ in principio ve
ris ⁊ ante tempꝰ in quo iūcturaꝝ dolores eius ꝯtingere ſolent. Sed
qꝛ hoc magis ꝑtinet ad regimen curatiuū tranſeo. Sufficit ergo ad
pn̄s ſcire ꝙ fleubothomia vel farmatia vel vtraqꝫ ſcd̄m ꝙ melius vi-
debit expedire in tempibus determinatis in regimine ſanitatis taliū
eſt expediens ad eorū conſeruationē ⁊ p̄ſeruationē. Quibus aūt con
uenit fleubothomia ⁊ quibꝰ farmacia hic dicendū eſt. Si em̄ corpo-
ra ſunt ſanguinea tunc iūcturarū dolor ex ſanguine contingere ſolet
vel ex oīm humorū plenitudine ⁊ tunc non eſt dubiū fleubothomiā
cōpetere. Et ſi vnꝰ aliorū hūoꝝ a ſanguīe dominet ꝯuenit farmatia
¶ Amplius non obliuiſcaris ꝙ vomitꝰ eſt cōueniens valde ad p̄ſer-
uandū a doloribus iuncturarū ⁊ ſpecialr inferioꝝ diuertendo mate-
riā ⁊ eradicādo. ¶ Amplius vitari debet ira ⁊ triſticia: hec em̄ digeſti
onem corrūpūt. Et vniuerſaliter oīa digeſtioni repugnātia puta vo-
racitas comeſtionis: ꝓlongatio menſe: diuerſitas ciboꝝ ⁊ vinorū in

eadem mensa ⁊ curiositas nimia circa agibilia ⁊ comedere cibaria di
gestioni repugnantia vel rōne qualitatis vel ordinis vel modi ꝑparā
di cuitanda sunt ab his qui suspecti sunt de iuncturarū dolore. Et est
notandū ꝙ assiduatio lotionis extremorū in aqua salsa naturaliter
vel artificialiter ē de cōseruantib⁹ sanitatē iūcturarū corpe non exñte
plectorico. Potest etiā fieri lotio ex decoctiōe camomille scicados et
rosarū. Et si forsan iūcture fuit frigide addatur ebul⁹ in dicta deco/
ctione. Sup oīa suspecti de dolore iūcturarū solicitari debēt ne co/
rū venter sit cōstipat⁹ sed laxus quod si sic bñ qdem: sin aūt ꝓcuretur
cū clisteri resolutiuo cōmūi ⁊ cū cassiafistula. Et caueāt a frigore extre
morum immoderato.

## De membris generationis

Dicam⁹ ꝯsequenter de illis que cōfortant mēbra gñatiōis. Et
qꝛ gñatiōis mēbra ordīata sūt a natura ⁊ ad actū gñatiōis q̄
ꝯsistit in spmat⁹ gñatiōe ⁊ fermētatōe ⁊ eiusdē ꝓact⁹ coit⁹ ꝯue
niēti emissiōe ⁊ i ꝓlis finali gñatiōe: illa q̄ ad hec iuuāt mēbra gñatio
nis ꝯfortāt. Et qꝛ defect⁹ coeūdi ⁊ gñandi īterdū ꝓuenit a ꝑncipalib⁹
mēbris ñ intēdim⁹ i isto capitlo loq̄ de isto: qꝛ de ꝯfortatiōe mēbrorū
ꝑncipaliū supi⁹ dictū est. Notandū ꝙ act⁹ coit⁹ vsitatus mō ⁊ hora
cōuenientib⁹ est de his q̄ maxime ꝯfortant mēbra gñatiōis. Sic eñ
mulierū mamille meli⁹ lactant ⁊ lac gñant ex vsu lactatiōis: mō: q̄lita
te: q̄ztitate ⁊ hora ꝯuenientib⁹ ⁊ ex deassuefactiōe lactatiōis totaliter
ꝑit act⁹ lactatiōis ⁊ gñatiōis ꝯueniētis lactis ⁊ interdū lacte corrup
to malā acq̄rente q̄litatē mamilla destruit: sic suo mō intelligo de mē
bris gñatiōis q̄ ordinant ad actū coeūdi. Perit eñ actus si actus nō
assuescat. Et interdū ex spermatis detenti corruptione non solum se
minaria vasa sed etiā totum corpus corrumpit. Sperma eñ corru
ptum in toto corpe se habet ad modū veneni. Unde sicut parū vene=
ni sufficit corrumpe totū corp⁹ ita ⁊ spmatis corrupti aliq̄ztulū suffi
cit corrumpe totū corpus. Usus ergo moderatus coitus est vnum ex
his q̄ ꝯfortāt mēbra gñationis. Habet etiā coitus moderat⁹ q̄z plu=
rima alia iuuamenta ⁊ īmoderatus q̄z plurima nocumenta q̄ inferi⁹
apparebunt vbi de coitu specialem faciemus mentionem. Sufficit
enim ad presens scire ꝙ coitus moderatus et debite assuefactus mē=
bra generationis corroborat et confortat et immoderatus debilitat
et etiam totalis dimissio. Ille ergo qui sanitatem membrorum ge=
nerationis desiderat fugiat illa que coitum debilitant et impediūt:
et vtatur his que coitum confortant. Debilitantia autē coitū ⁊ vir
tutem ei⁹ sunt res meditatiue: sicut horribilitas coeundi. Tanta eñ
videtur esse horribilitas in actu coeundi ꝙ nisi esset delectatio ad
mixta: ne dum homīes sed etiā aīalia fugerent actum coeundi
Unde quidā hoīes eleuati spū cōtemplationis hūc actū totaliter ab/

horrent: ⁊ ideo debiles ſunt in actu ⁊ membra generatiōis debilitant
Et non ſolum horribilitas ſed etiam verecūdia ⁊ anteceſſio itellectꝰ
ad cor facit deficere ab actu cocundi ex quo mēbra gñatiōis debilitāt.
¶ Amplíꝰ ſcias ꝙ balnci multiplicatio eſt ex his q̄ debilitāt membra
generatiōis in actu coeundi: ⁊ etiā freqntatio fleubotomie ⁊ p̄cipue
arteriaꝝ et venarū que ſunt retro aures. Ab his ergo cauere debꝫ qui
ſanitatem membroꝝ generatiōis deſiderat. Abſtineat etiā a quibuſ-
dam quoꝝ vſus nocet actui coitus. Quedā em̄ nocent deſiccando: et
quedā nocent infrigidando ⁊ ſtupefaciēdo: ⁊ quedā vtroqꝫ mō. Vn̄
agnus caſtus vaporatus ⁊ bibitus nocet. Et etiam herba baſiliconis
Camphora abſcindit coitū infrigidando ⁊ exſiccādo: ⁊ ſilr̄ ſemē cau-
lium. Unde tale ſemē ſumptū poſt cibū corrumpit ſperma. Et simili
ter vſus coriandri debilitat coitū infrigidando ⁊ deſiccando. Acetū
etiam ⁊ omne acetoſum abſcindit coitū infrigitādo. Qui ergo deſide
rat ſanitatē membroꝝ generatiōis: debet vti multiplicātibꝰ ſperma
et calorē innatū et ſpm̄ ventoſum. Hec em̄ ſunt neceſſaria in coitu
ſcꝫ materia exuberans: calor incitans ⁊ ventoſitas erigens. Quedam
iuuant ad actū coitus multiplicādo ſperma: ⁊ alia cōfortando calo-
rem: ⁊ alia vētoſitatē generādo. Et quedā ſunt que ab omnibus his
modis coitū iuuant ⁊ mēbra gñatiōis ꝯfortāt ⁊ ꝯſeruāt. Et de nūero
hoꝝ ſunt medicine q̄dā ⁊ q̄daꝫ cibi. ¶ Dicamꝰ g̃ de cibis. Meliores
em̄ cibi ſunt carnes edi pinguis maſculi ⁊ carnes ouine ⁊ cicer ⁊ cepe
abſqꝫ frixi ōe carnis: frixio nāqꝫ ꝓhibet ꝯfortationē carnis ⁊ multitu
dinē nutrimenti eius quia frixio deſiccat. Ad idem valent galline et
pulli colūbini impinguati ⁊ ꝓprie allaude ⁊ oua ſorbilia ꝓprie pulueri
zata cū cynamomo ⁊ pipere et galāga et ſale ſcinci: et oua piſciū: et ca
ro piſciū calida. Et ſi fuerit illic frigus reſiſte cū zinzibere et pipere et
macropipere et cynamomo et ſilibus. Et cibus de rapis et napis: et
cibus de caulibꝰ: et cibꝰ de baucijs: et ꝓprie de baucijs poſtqꝫ bn̄ deco
cta eſt caro earū valēt ad idē. Et de illis q̄bus fit iuuamentū ſunt ce-
rebella paruarū auiū et butirū et lac. Et ſiliter cibus qui fit de tritico
cocto cū multa aqua vſqꝫ quo fiat ſicut puls et rizi cū lacte et caro cuꝫ
lacte ouino. Et conferunt in ſecundis menſis ſperagi eruca et porri:
et capita cardorum et menta ꝓprie ipa em̄ confortat membra ſperma
tis valde et eius vſus fortitudinem facit ſuper ſperma quare forte fit
deſiderium. Et ſciendum ꝙ ille qui aſſiduat comeſtionem paſſerum
et bibit ſuper eā lac loco aque ſine ceſſatione eſt erectus et multi ſper-
matis. ¶ Amplius cepa frigatur cum butiro donec rubea fiat et diſ-
ſoluatur in decoctione et frangant̄ ſiꝑ eam oua et erit cibus conueni
ens in conſeruatione membrorū generationis. Sunt autē quidam
quorum complexiones ſunt calide deſiderantes tamē cōſeruationeꝫ
et confortatic nem membrorū generationis. Et his cōpetunt lac ace

toſum et lac dulce et piſces aſſati calidi et melones et citrulli cucumeres et cucurbite et fructus et olera humida omnia ita ꝙ lactuca et ſemē portulace addūt eis ī ſꝑmate q̃uis cōiter noceāt. Et albumē oui ē plimi iuuamēti mltiplicās ſꝑma. Et cerebella aīaliū ⁊ medulle coruꝫ et cancri fluuiales cōferunt eis. ¶ Amplius granū pini bene confortat. Et etiam carnis amatū ſperma multiplicat.

## ¶ De conſeruatione cutis et ſimilium

Conſequenter dicamus de conſeruatione cutis et muſculorū et membrorum exteriorum totius corporis ¶ Hec em̄ conſeruantur balneationibus in aqua calida ſuaui aut in balneo aereo mediocri cum mundificatione cōuenienti. Corporis aūt mundificatio fit cum ſuaui cutis fricatione et leni inunctione cū oleo oliuarum antiquo odoris ſuauis in tp̄e hyemis vel cum oleo roſarū et violarum in tēꝑe eſtatis. Etiaꝫ ſciendū eſt ꝙ innuctio facta in balneo cum melle deſpumato mirabiliter mundificat a ſordicie et extrahit quod eſt ſub cute de ſuꝑfluis humoribus et ꝑ poros exire facit. Hoc idem facit farina fabarū et cicerū cū fricatione panni aſperi. Hec em̄ calorem viuificant et cutem attenuant. ¶ Amplius ſcias ꝙ multus motus iuncturarum confortat corpora fleumatica. Extremitates autem lauent cum aqua calida in hyeme: et cū frigida in eſtate. Et dixerunt ſapientes ꝙ fricare vngues manuū et pedum cum aqua ⁊ acceto conſeruat eos a confractione denigratione et etiā ne abſcondant: inunctio cum ſale et oleo mixtis eos confortat et ſpecialiter plus prodeſt eis aqua calida q̃ꝫ frigida ¶ Calciamentū ſtrictū ledit digitos pedum: eſt em̄ cauſa ſuppoſitionis digitorum pedum vnius ſupra alium: et diſtortionis eorum. Item ire ꝑ lutum temporibus frigidis et nudis pedibus pre ceteris ledit cerebrū et infrigidat et debilitat oculos et eſt cauſa diſtillationis vrine. Et ſcias ꝙ ludus palme ambab9 manibus ſimul in alto ꝓijciendo brachijs multū confert quoniā eorum conſeruat ſanitatem. ¶ Amplius ſcias ꝙ fricatio pedum quādo fit ieiuno ſtomacho eorum grauedinē et itinerandi laſſitudinē et duriciem remouet. Et ſimiliter fomentatio pedum et crurium in aqua confractionem ſiue concuſſionē: tumorēq̃ꝫ ex laſſitudine et longa itineratione remouet om̄ino

## ¶ Capitulū. VII. de regulis regiminis ſanitatis appropriatis ſexui femineo.

Conſequenter dicamus de regimine ſanitatis mulieribus ap̄priato. Sunt em̄ quattuor apropriata mulieribus: puta impregnatio: ꝑturitio: lactatio: et per conſequens mamillarū cōſeruatio et menſtruorum euacuatio: de quibus breuiter dicamus: et primo de imꝑgnatiōe. Sūt em̄ quedaꝫ mulieres ſimpliciter ſteriles

et maleficiate quibus hoc capitulū non deſeruit. Et alie que nō ſunt
ſteriles ſed non de facili impḡnant̄ et tn̄ ſunt ſub latitudine ſanitatis
¶ Primo ergo nos ponemus regimē taliū mulierū anteq̄ȝ impḡnen
tur ad hunc finē ꝙ facilius impḡnent̄. Scđo earundē ponemus regi
men poſtq̄ȝ ſunt impḡnate vt fetus poſſit ad debitū finē venire. Ter
tio eorū dem ponemus regimen cū actu ꝑturierint ⁊ ꝑturierūt. Quar
to ponemus regimen lactantiū. Quinto quo ad hoc ponemꝰ regulas
quibus ſcitur matricis conſeruatio et menſtruorū debita euacuatio
ne et alijs. Quantū ad primū: notandū ꝙ quedā mulieres non ſunt
bene fecunde de ꝑaccidēs: rōe alicuiꝰ maleficij a quo bonū ē p̄cauere
q̄ntū ē poſſibile. Et interdū ꝓpter maliciā figure aut cōpoſitiōis ma-
tricis ⁊ colli eiꝰ. Et etiā ꝓpter malū motū cōmixtiōis viri cū muliere
Et etiam ꝓpter vſum quarundā rerū cōceptionē impedientiū. Prio
ergo nos ponemꝰ aliq̄ ex q̄bus maleficia poterunt p̄caueri et euitari.
Si em̄ ſerapinū in camera poſueris ſiue hypericō omia demonia fu-
gabunt̄. Unde hypericon dicit̄ a multis fuga demonis. Item lapis
magnetis portatꝰ ad idē valet et concordiam facit inter virū et mu-
lierem. Ad idem valet adamas quē quidam falſe dicunt eſſe magne
tem. ¶ Amplius cor turturis portatū fugat demonia ⁊ portantem
reddit hominibꝰ gratioſum. Item pirus auis comeſta incantatiōe li
gatos ſoluit et ꝓſperitatē tribuit Tyriaca exhibita cū decoctiōe hype
ricon maleficiū tollit Et hypericō emplaſtratū renibus maleficiū tol
lit. ¶ Ampliꝰ corallꝰ ſi teneatur in domo ſoluit maleficia. ¶ Ampliꝰ
ſquilla integra ſuſpenſa in limine hoſtij maleficiū tollit. Et idē eſt de
arthemeſia. Ad idē etiam valet radix pionie portata. Item ſi vir por=
tet ſecū cor coturnicis maſculi et vxor cor femelle ſꝑ conueniēt. Iteȝ
ſi quis portauerit ſemper ſecū yringū inſidias demonū non patietur
Si aūt mulier non ſit bene fecunda ꝓpter maliciam cōplexionis na-
turalis vel accidentalis cū materia vel ſine materia vtat̄ cōtrarijs in
cōplexione ⁊ purgantibus materiā peccantē. Sed quia difficultas
impḡnationis vt plurimuȝ fit ex mala cōplexione frigida et humida
cū materia vel ſine materia ideo ab hac inchoandū eſt: ⁊ de ea tractā=
dum. Iſte em̄ indigent calefacientibꝫ ⁊ deſiccantibꝫ matricē ⁊ euacu
antibus humiditatem eius ſup̄fluaȝ. Unde ierapigra ē eis cōueniēs
farmacū. Et ex eis que exhibent̄ ſunt calide cōfectiones puta tyriaca
et metridatū ⁊ theodoricon ⁊ dyacalamentum cū decoctione arthe=
meſie vel abrotani vel calendula. Urina elephantis potata eſt mira-
bilis in impḡnatione: ⁊ ſimilit̄ limatura eboris et ſiſeleos. Simpli
cia quibus ego conſueui vti in hoc caſu et in quibus inueni iuuamē-
tuȝ ſunt hec: matticaria: arthemeſia: abrotanū: calēdula: millefoliū:
camedreos: camepitheos: ſquilla: rubea: tinctorū: ſpica: blacte biȝātie:
ameos et coſtus. Ex his igitur poteſt fieri ſirupus et vinum temꝑ

vindemiarū ꝛ balneū. Et quia hoc habet locū in regimīe curatiuo de
hmōi tranſeo. ¶ Amplius debes ſcire ꝙ coagulū leporis ſuppoſitū
poſt menſtruoꝝ mundificationē iuuat ad impgnationē. Medicine
aūt ſimplices peſſarioꝝ ſunt hec: oleū de balſamo: oleū de ben: oleū
de lilio: coſtos niger: adeps anſeris: blacte biſantic: muſc⁹ et ſpica: cy-
perus: anetū: ameos: yſopus: bdelliū: nux cypreſſi et gariofili ꝛ coꝛ-
dumeni. Et vt ſit ad vnum dicere calida ſtiptica ſunt materia peſſari
oꝝ mulierum habentiū matricem frigidā et humidā. ¶ Ampli⁹ de
bes ſcire ꝙ fleubotbomia ſophenarū iuuat multū ad impgnandum.
Primo quidem quia matricē mundificat. Scḋo quia facit matricē
ad inferius deſcendere: ex quo ſemen viri perfectius ad eam deſcēdit
et attingit. Verum eſt tamē ꝙ fleubotbomia eſt cōueniens magis in
cauſa calida q̄ꝫ frigida: imo in cauſa frigida forte non cōpetit niſi ꝓ-
pter cauſas ꝑdictas. ¶ Amplius exercitiū ꝛ ſtupha ſicca ꝛ cibi ſubti-
les et cliſteria calida ꝛ exſiccatiua cōpetūt mulieribꝫ habentibus ma-
tricē humidā ꝛ pinguē. Siliter vinū forte ꝛ rubeum ꝛ tyriaca talib⁹
cōueniunt. Et inunctio matricis ex oleo de lilio eſt eis cōueniens: et
ſiliter ex melle albo. Interdū etiā mulieribꝫ nō bn̄ fecundis cōpetūt
diſſoluētia ventoſitatē impedientē cōceptionē. Que aūt ſunt illa ſatꝫ
eſt manifeſtū: puta dyaciminū: aniſum: ameos: fenicul⁹: ſemen rute:
agnus caſtus: caſtoꝛeū et ſimilia ꝛ in potioꝛibꝫ ꝛ ī peſſarijs ꝛ vnguen-
tis. ¶ Amplius ſcias ꝙ teſticuli ferris mirabilē hn̄t ꝓprietatē ī facien
do mulierē fecundā. Et ſilr̄ matrix leporis ꝛ coagulū eius. Ex his igi
tur cū limatura eboris: ꝛ ſiſileos fiat puluis quo mulier vtat̄ mane ꝛ
ſero cū brodio cicerū. Vel cū decoctiōe arthemeſie. Interdū aūt ꝛ ra
ro frigida cōpetūt vt mulier efficiat̄ fecūda ī electuarijs ſirupis ꝛ bal-
neis: ꝛ quia illa ſatis nota ſunt ꝛ etiā ingrediunt̄ regimē curatiuum
tranſeo. ¶ Regimē aūt mulieris nō bene fecūde ꝓpter maliciā figure
ſeu cōpoſitōis matricis ꝛ colli ipius nō vl'r haberi pōt. Solū em̄ ma
litia ſitus recipit curā: puta qn̄ eſt matrix nimis alta: nam per fleubo
thomiā ſophenarū ꝛ per ventoſas crurū deſcendit ꝛ cōceptio fit faci
lioꝛ. Debet aūt vir et mulier cōmiſceri adinuicem hora modo ꝛ figu-
ra cōuenientibus ad hoc vt ſequat̄ fecundatio. Hora autē naturalis
et cōueniens ē poſtq̄ꝫ facta eſt admīſtratio illoꝝ q̄ menſtrua mundifi
cant: ꝛ eſt ꝑfecte mulier mūdata ab eis. Et qn̄ mulier nō eſt famelica
nec crapulata nec ebꝛia. Et qn̄ nō eſt calefacta nec infrigidata in exceſ
ſu. Et pꝛima digeſtio eſt cōpleta ꝛ temp⁹ aduenerit ſuſcipiendi aliuꝫ
cibū. Et eligat̄ hora qua mulier coitū appetit non ꝓpter aſpectū vel cō
fricationē ſed naturaliter. Debēt aūt vir ꝛ mulier tāto tp̄e ꝓlongare
coitū ꝙ ſperma ſit digeſtū. Nec debēt tm̄ differre ꝙ ambo ſpermata
coꝛrūpant̄. Si em̄ accidat illud vtant̄ coitu ſm̄ modum qui non eſt
ad impgnanduꝫ. Deinde dimittant ipm̄ tamdiu ꝙ ſciatur ꝙ ſperma

bonum iam aggregatū ſit. ¶ Amplius ꝓlonget vir ludū cum mulie-
re cuiꝰ complexio eſt bona cum mamillarū tactu ſuaui ⁊ verbis ami-
cabilibꝰ et tactu pectinis eiꝰ ⁊ obuiet ei non ꝑmiſcendo ſe ei ꝑmixtio
ne vera. Cūqȝ mulier deſiderat ⁊ affectat ꝑmiſceatur ei fricando đ ea qđ
eſt inter anū eius deſuꝑ et vuluā. Ille em̄ eſt locus delectiōis eiꝰ. Cō
ſiderat ergo horam in qua ſit ipſius mulieris fortis adherentia et eiꝰ
oculi incipiunt mutari in rubedinem: ⁊ eius anhelitus eleuari: ⁊ ver
ba eius balbutire: et tunc mittat illuc ſperma oppoſitum ori matri-
cis dilatando locum eius illic parumper ſcȝ tanta dilatatione ne in-
grediatur aer exterior ⁊ non eſt bonum vt vir expleat ſuū deſideriū an-
te mulierē imo ſimul parum vel mulier ante. Et in ſeminū emiſſione
vir adhereat mulieri fortiſſime ſcd̄m figurā ꝙ mulieris crura ſint ele
uata parumper. Nec vir ſtatim deſcendat ſed adhereat donec videat
anhelitū mulieris quietatū ⁊ ꝙ nodi oris matricis quieſcūt muliere
iacente parum eleuatis coxis ⁊ demerſo dorſo. Et tunc deſcendat et
mulier remaneat horula vna ſupina cōſtrictis pedibus ⁊ retento an-
helitu. Et ſi dormierit poſt illud erit meliꝰ ad cōceptionē ⁊ ſi contin
gat ipſam cōuerti ſit ad dextrū latus. ¶ Amplius ſcias ꝙ ſuffumiga
tio cum aromatibꝫ calidis ſtipticis eſt de huis que ꝑparāt matricē ad
concipiendū. Et non debent talia aromatica calida boni odoris an-
te conceptionē odorari deſuꝑ ꝑ nares qꝛ impedirent imp̄gnationem
cum eſſent cauſa motus matricis ad ſuperiora: ſed poſt impregnatio
nem competit odor eoruȝ deſuper per nares ⁊ non per inferius: quia
ex hoc impeditur aborſus. Nam matrix ⁊ fetus mouentur ad ꝑtem ſu-
periorem aromaticis applicatis naribus. ¶ Amplius dico ꝙ muli-
er deſiderans impregnari et eſſe fecūda cauere debet a ſterilizantibus
et conceptionem impedientibus. Mulier em̄ volens concipere nō co-
medat os de corde cerui: nec ſecum portet matricem caprinam nec la
pidem vocatum gagates: impediunt em̄ conceptionem. Item caueat
a comeſtione granorum edere nigre. ¶ Amplius non portet ſecū os
de corde cerui: nec ſmaragdum: nec zaphirum. Hec em̄ impediunt
actum coeundi. ¶ Amplius non portet ſecum radiceȝ pimpinelle nec
bibat coagulum leporis poſt partum nec teneat ſcolopendriam ſuſpē
ſam ſupra lectum. Item apis comeſta reddit mulierem ſterilem ſed
partum facilitat. ¶ Amplius non portet ſecum auriculam mule vel
corium nec comedat limaturam ferri: nec ſuccum mente nec matriceȝ
mule: reddunt em̄ mulierem ſterilem. Et vniuerſaliter vitanda ſunt
oīa actū coitꝰ impedientia q̄ ſupius dicta ſunt a muliere volente cōci
pere. Nos aūt hic volumꝰ addere q̄dā q̄ multū valēt ad ꝯcipiendum
Loliū em̄ ⁊ thus ſuffumigata diſponūt mulierē ad ꝯcipiēdū: ⁊ ſilr ne
pita. Itē theodoricō anacardinū ꝑpeſſariū imiſſū cū modico ſcamō
nee ſine dubio ꝯcipere facit ſi pꝰ imediate mlier coierit cū viro potenti.

Amplius ad idē valet melliſſa ſuffumigata et vulua leporis aſſata ⁊ cōmeſta. Et ſpuma quā habet lepꝰ circa os qn̄ rodit herbā ſi bibat͛ a viro vel muliere. Quidā dicunt ꝙ ſuppoſitoriū vel peſſariū vel ſacculus de nigella matricē mundificat et ad cōcipiendū diſponit ſꝫ teneatur parū qꝛ nigella eſt aliquantulū violenta ¶ Ampliꝰ aqua cicute exbibita mulieri infecūde mane: eadē dic ad vſum ꝯcipiēdi cā cōuertit. Item fiat vnguentū ex cerebro gruis et axungia anſeris vel leonis et ex eo inungat͛ virga virilis cū vir debet coire cū muliere et cōcipiet Itē lapis qui inuenit͛ in cerebro aquile portatꝰ ad idē valet et ſiliter lapis inuentꝰ in vulua cerue. Itē poſt mēſtrua lauet mulier pudēda cū vino puro rubeo et pꝰ ſuffumiget͛ cū vino decoctiōis nepite et ſupponat ſibi baſiliconē et mentā maiorē et ꝯcipiet ſi deus voluerit. Itē fomentatio ex decoctione roris marini multū diſponit ad conceptionē. ¶ Itē alleū humidū tritū decoctū: cū oleo roſarū q̄uſqꝫ eiꝰ aq̄ſitas ꝯſumat͛: ſuppoſitū ē mirabile ad imp̄gnandū ¶ Ampliꝰ fenugrecum tritū cū adipe anſeris ſuppoſitū multū iuuat. Ampliꝰ muſcus cū oleo roſarū diſſolutꝰ ſuppoſitꝰ multū ꝯfortat matricē ad cōcipiēdū. ¶ Itē inungāt͛ vtriuſqꝫ ſexꝰ mēbra cum ſucco ſatiriōis et ſuꝑaſpgat͛ puluis vulue leporis: facit enī vt ſterilis ꝯcipiat. Et ſic patet regimen mulieris an̄ imp̄gnationem

## ¶ De regimine pregnantis

Nunc reſtat ponere regimē mulieris p̄gnātis. Sūt enī q̄dam appropriata mulieri p̄gnāti q̄ hic breuiter ſunt apponēda ¶ Debet enī mulier p̄gnans oīa euitare q̄ aborſum poſſunt inducere et ſpecialiter in p̄ncipio imp̄gnationis: tūc enī fetꝰ ī matrice eſt ſicut flos ī arbore q̄ ex leui cā cadit ab arbore Et ſil'r in fine imp̄gnationis an̄ tp̄s partꝰ puta in ſeptimo vel octauo mēſe. Tūc enī fetꝰ eſt in matrice ſicut fructus q̄ſi maturus in arbore q̄ ab arbore ex leui motu deſcēdit ⁊ ſic fetus tp̄e illo ex cā leui efficit͛ abortiuus. ¶ Oportet igit͛ ꝙ mulier p̄gnās euitet motū ſuꝑfluū: ſaltū: ꝑcuſſionē: caſum: ⁊ coitum ꝓprie: et repletiōꝫ cibi: ⁊ irā: ⁊ triſticiā: et timorē ꝓprie ¶ Ampliꝰ euitare debet balneū: niſi apud ꝓpinq̄tatē ꝑtus. Et etiā omnia inducentia tuſſim: nā tuſſis fortis ē cā aborſus. Et ſiliter intelligat͛ de ſternutatione īmoderata. Bonū ē igit͛ vt ſolicitet͛ ne eiꝰ caput fiat reumaticū ¶ Ampliꝰ euitare medicinas laxatiuas et ꝑ ptes inferiores et ſuꝑiores. Et ſi neceſſitas cogat ad earū vſum fiat hoc cū cautela et ſint medicine leues et benedicte ¶ Ampliꝰ ꝓcuret habere vētris lenitiōeꝫ cū cibis lenientibꝫ cuiuſmodi ſunt brodia pinguia: et pureta de boraginibus et bletis cū folijs violarū: et oua ſorbilia ⁊ caſſiafiſtula cum aliquātulo ſpice et aqua quorūdā fructuū laxatiuorū. Nā lenitio vētris eſt p̄gnantibus multum vtilis. ¶ Ampliꝰ euitare debet balneū. Balneū enī facit abortire dupliciter: primo quidem lubricando: ſecundo

faciēdo fetū moueri ad aerē frigidum. ¶ Amplius euitare debet fleu/
bothomiā et ſpecialiter de ſophenis niſi in caſu magne neceſſitatis et
hoc ingredit̄ curam egritudinis. Et ſcias ꝙ quāto fetus maior eſt tā/
to fleubothomia eſt deterior. ¶ Ampliꝰ euitare debet diurectica mē
ſtrua ꝓuocātia et partum facilitātia. ¶ Ampliꝰ euitare debet :ſitim
famē:repletionē nauſeatiuā :frigꝰ ſupfluū ꝛ calorem imoderatum et
ventū auſtralem ꝛ ſimiliter borealē poſt auſtralē. ¶ Ampliꝰ bonum
eſt ꝙ p̄gnans vtat̄ quibuſdam electuarijs cōfortantibꝰ embrionem
quoꝝ vnum ē dyamargariton. ¶ Ampliꝰ oportet ꝙ vehemēs ſtudiū
ſit in ſtomachis ip̄arū pgnantiū q̄re optet vt ꝯfortent̄ ſtomachi earū
cū cōfectiōibꝰ et zuccara roſarū cū xiloaloe ꝛ maſtice:ꝛ electuarijs fa
ctis cū zuccara plurima et ſpeciebꝰ aromaticis in quibus non eſt mul
ta caliditas:ꝛ emplaſtris ſtipticis calefaciētibus ꝛ aromaticis ¶ Am
plius debet pgnans euitare vehemēter pinguia et vehemēter dulcia ꝛ
potum aque: et ſit contenta potu vini odoriferi:puri:ſubtilis: pauci.
Interdum autē oportet mundificare ſtomachū pregnantis cū appe/
titus eiꝰ ē valde corruptus. Et quo ad hoc decoctio aniſi ꝛ polipodij
clarificata cum zuccara roſarū eſt cōueniens mundificatiuū. Nā hu
morē euacuat et appetitū rectificat ꝛ excitat. Abſtineat pgnās a caſeo
ſicco et acuto: et ſi forſan appetat aſſetur humidus ſuper carbones.
¶ Amplius exercitiū tempatū eſt ei cōueniens. Cibaria eius debent
eſſe facilis digeſtionis: boni nutrimenti ꝛ multi: indiget em̄ ꝓpter ſe ꝛ
ꝓpter fetum. ¶ Ampliꝰ poſt cibum cōpetit pgnantibꝰ comedere cito
nia aſſata ꝛ ꝓprie frixa: et ſilr̄ fruſta ligni aloes indi et aſſiduet̄ co=
meſtio ꝛ fricatio manuū et pedum earū. Et ſiliter poma granata poſt
cibum eis competūt. Et ſimiliter coriandrū conditū. Et ſcias ꝙ mi/
na citoniorū et bolus armenꝰ eſt de his que ſedāt nauſeā earū ¶ Am
plius ſcias ꝙ puluis cimini torrefacti in aceto infuſi ꝛ origani ſm p/
tes equales ꝛ caſtorei ptis vniꝰ tertia interdum cōpetit eis ꝛ ſpeciali
ter ꝓpter conſumptionē ventoſitatū. Et ſcias ꝙ qn̄ mulier pgnās in/
diget mūdificatiuis ꝓpter in mundiciā matricis ꝛ ptiū adiacentiū me
lius ē ꝙ mundificatio illa fiat a quarto menſe vſqꝫ ad ſeptimū. Et ꝙ
fiat p ſuppoſita a pte inferiori: q̄ꝫ p admiſtrata p partes ſupiores

## ¶ De regimine apropinquantiū partui

MUliere autē apropinq̄nte partui cōpetit exercitiū ꝛ balneum
et coitꝰ ꝛ mēſtrua ꝓuocātia et cetera partuꝫ facilitātia q̄ ſcrip
ta a ſapientibꝰ quaſi ſunt infinita. Sunt autē q̄dā partuꝫ fa=
cilitātia ꝓprietate que eſt in eis ſicut magnes retentus in manu ſini/
ſtra. Et ſuffumigatio cū vngula aſini vel eq vel cū oleo piſcis ſaliti:ꝛ
ſilr̄ corallꝰ ſuſpēſus in coxa dextra. Et ſcias ꝙ mlieres huiꝰ tpis vtūt̄
pliris cū muſco in facilitādo ptū ¶ Ampliꝰ ſuffumigatio mirre mltū
ꝯpetit:ꝛ ſuffumigatio cū galbano et caſtoreo ꝯmixtꝭ cū mirra et felle

vaccino ¶ Ampli⁹ ad idez valet ſulfur citrinũ et ſpoliũ ſpẽtis et fim⁹
columbin⁹. Hec eñ ſuffumigata partum facilitãt et ſil'r aſa fetida et
caſtoreum in potu ſumpta facilitant ꝑtum ¶ Ampli⁹ ſumere in potu
cinamomũ eſt bonũ valde. Et ſil'iter decoctio folioꝝ altee cum aqua
et melle ſi ſumaꝛ in potu ad idẽ valet. Simplicia autẽ partum facili=
tãtia ſunt hec: cynamomũ: caſſialignea: cortex caſſiefiſtule: mirra: ari
ſtologia rotunda: coſtos: ſauina: armoniacus: thus: rubea: aſa: ſtorax
et caſtoreum: Ex his autẽ poſſunt fieri ſuffumigatiões: pillule: electu
aria et ſimilia. ¶ Amplius bonũ vinum et odoriferũ cõpetit mulieri
b⁹ partui appropinquãtib⁹ et ſubtilis dieta. ¶ Ampli⁹ ſcias ꝙ lana
ſubmerſa in ſucco rute ⁊ ſuppoſita partum facilitat. Etiam ſcias ꝙ ci
clamen ariſtologia: ſtaphiſagria ⁊ cucumer aſininus ſuppoſita ꝑtum
facilitãt. Et ſil'iter fel thaurinũ. ¶ Ampli⁹ arthemeſia cocta cũ aqua
calida: emplaſtreꝛ ſuꝑ vmblicum ⁊ crura et ſtatim fetũ educit. Etiam
menta bibita cum aqua mellis partum facilitat. Etiã pimpinella tri
ta et ſuppoſita ſtatim fetum educit. ¶ Amplius caueaꝛ ꝙ pira nõ ſint
in domo mulieris ꝑturientis. Ad idẽ valet ſuffumigatio facta de cor
nibus et vnguibus capraꝝ. ¶ Amplius vngula muli portata ſub ca
miſia partum facilitat. Multa alia ſunt ꝑtum facilitantia que ad p̄
ſens obmittunꝛ ꝓpter breuitatem: ⁊ quia habent locum in regimine
curatiuo.

## ¶ De regimine Enixe

Nunc reſtat ponere regimen mulieris enixe vſq; ad.xxx. vel ad
xl. dies. Sciendũ igiꝛ ꝙ poſt ꝑtum imediate cõpetũt cibi ſub
tiles boni nutrimenti et m'lti ⁊ velocis digeſtiõis: ſicut aqua
carnium laudabiliũ: et oua ſorbilia: et vinum ſubtile ⁊ odoriferum:
nõ nimis forte: non turbidũ. Uitare autẽ debet mulier enixa oĩa gñ̄a
fructuũ et olerũ frigidorum legũminũ ⁊ acrumiuũ. Et ſũm ope caue
at a frigiditate continentis: et ſpecialiter vſq; ad tres dies. Jaceat igi
tur ꝯtinue in lecto cooꝑta: cruribus tñ paꝝ cooꝑtis et eleuatis: come
dat ſepe ⁊ parũ in vice. Non balneeꝛ vſq; ad quattuor vel q̃nq; dies.
Tranſactis aũt quattuor aut q̃nq; dieb⁹ balneeꝛ bis vel ter in ſeptia=
na. Et quãto magis appinquat ad.xxx. vel.xl. diẽ tãto põt vti groſſio
ri dieta et in ſanitate conſueta. Interdũ autẽ fluit ſanguinis multi=
tudo imediate p⁹ ꝑtum exquo cõtingit mulierẽ ꝑiclitari. Huic autẽ
accidenti obuiandũ ẽ cum ligatiõe brachiorũ doloroſa ⁊ cũ appoſiti
one vẽtoſarum magnarũ ad mamillas ſiue ſcarificatione et cũ appo
ſitione pannorum infuſorũ in aceto ſupra ventrẽ ⁊ ſuppoſitiõe colle=
riorũ ſtipticorũ puta roſarũ balauſtiarũ ⁊ karabe ⁊ ſimilium. Et de
illis quib⁹ ineſt ꝓprietas in hoc ſm ꝙ diciꝛ ẽ ſuſpenſio ſtercoris porci
ni in lana et ſuſpendaꝛ in coxa eius. ¶ Amplius enixe contingere con
ſueuit mamillarũ dolor ⁊ apoſtemata ꝓpter magnã lactis exuberãtiã

Horũ aũt cura ẽ lactatio p mulierẽ vilẽ. Tale eñi lac incõueniẽs ẽ la
ctationi infantis. Et ad idẽ valet epithimatio mamillaꝝ. cũ aq̃ deco
ctiõis fabarũ ꝛ orobi ꝛ coriandri. Et qꝛ hoc ingredit̃ regimen curati=
uũ trãseo. ¶ Ampli⁹ scias ꝙ linire mamillã cũ cancro marino vl̃ flu/
uiali ꝯtrito habet ꝓprietatẽ in lactis mĩoratiõe ¶ Ampli⁹ scias ꝙ epi
thimatio mamillarũ cũ aq̃ decoctiõis rute ẽ de his q̃ lac mĩorãt. In
terdũ etiã p⁹ partũ nõ mũdificat̃ mulier: sed retinet̃ sanguis corru/
ptus q̃ deberet euacuari ꝛ ex hoc possũt egritudines gñari valde ma=
le puta febres ꝛ apostemata ꝛ dolor matricis: ꝛ sternutatio ẽ tali mu/
lieri iuuatiua. ¶ Ampli⁹ suffumigatio cũ capitib⁹ allecũ salitoꝝ aut
cũ vngula eq̃ aut azini valet ad idẽ. Et ad vltimũ fiat fleubothomia
sophene: valet eñi ad mẽstrua ꝓuocãda ꝛ ꝓhibet apostematis aduen/
tũ ꝛ repletiõis nocumentũ. Et fleubothomia vene curuature poplic/
est fortior in hoc. Et si ꝯtingat enixã hoc tp̃e febricitare aqua ordei cõ
fert ei: et si non retinet mẽstrua ꝛ granata dulcia: qꝛ febres enixaꝝ vt
plĩmũ sũt ex mẽstruoꝝ retẽtiõe cũ fit curatio cũ fleubothomia sophe
ne fit iuuamẽtũ cũ ea. ¶ Ampli⁹ scias ꝙ talib⁹ mlĩerib⁹ ĩterdũ inflant̃
ventres eaꝝ ꝛ tunc eis cõpetit in potu dyamarte ꝛ reliq̃ dissoluentia
ventositates ¶ Ampli⁹ eis cõpetũt origanũ serapinũ ꝛ mastix cũ eq̃li
tate ¶ Ampli⁹ interdũ talib⁹ mulierib⁹ ꝯtingit dolor matricis. Et cu
ra ei⁹ ẽ sedere ĩ aq̃ calida decoctiõis aneti ꝛ camomille ꝛ inungere lo/
cũ matricis cũ oleo violato dulci tepido. Et si forsan in loco matricis
ꝯtingãt vlcera curent̃ cũ vnguẽto albo rasis ꝛ silib⁹ vnguẽtis ꝯueniẽ=
tib⁹ vlcerib⁹ supra mẽbra neruosa. Hec sufficiãt de regimine enixe.

## ¶ De regimine lactantis

Nunc restat dicere aliq̃ breuia de lactãtis regimĩe s3 añ dicem⁹
lactãtis ꝯditiões quarũ p̃ma sumit̃ ex p̃te etatꝭ. Debet eñi ei⁹
etas eẽ sanitatis ꝛ cõplemẽti ꝛ ẽ etas iuuentutis a. xxv. ãno vs
q̃ xxxv. Hoc eñi tp̃e lac debet eẽ ꝑfecti⁹ sicut ꝛ toti⁹ corpis mẽbra a
quib⁹ lac habet exordiũ. Scd̃a cõditio sumit̃ ex p̃te habitudinis et fi
gure: deb3 eñi eẽ boni corpis ꝛ collũ habere forte ꝛ pect⁹ magnũ ꝛ am
plũ: ꝛ debet eẽ bonorũ musculoꝝ ꝛ dure carnis: ꝛ magnaꝝ venarũ ꝛ
medie habitudĩs inter matiẽ ꝛ pĩguedinẽ. Tertia ꝯditio sumit̃ ex p̃te
mamillaꝝ. Opꝫ ei ei⁹ mamillas eẽ mg̃as decẽt̃ ꝛ solidas nec dñt eẽ
extranee magnitudĩs nec laxe ꝛ molles: s3 dñt eẽ medie inter molliciẽ
et duriciẽ. Et extremitates papillaꝝ mãmillaꝝ nõ dñt eẽ nimis p̃ue ne
ĩfans ĩ eaꝝ cõpressiõe laboret. Quarta ꝯditio sumit̃ ex p̃te moꝝ ipsi⁹
Debet eñi eẽ bonoꝝ moꝝ ꝛ laudabiliũ q̃ tarde patiat̃ ab anĩe acciden
tib⁹: puta: ira: tristicia: tiore ꝛ silib⁹. Oia eñi corrũpũt lact⁹ ꝯplexiones.
Unde ꝓhibendum est ne stolida lactet: malicia eñi morum ipsius ad
hoc perducit eam: vt infantis paruam habeat solicitudinem ꝛ ei pa
rũ blandiat̃ ¶ Ampli⁹ nõ debet eẽ luxuriosa ꝛ ebriosa nec crapulata.

Nec enim lactis coꝛrumpũt complexionez. Quinta cõditio ſumitur
a ſubſtantia qualitate et quãtitate lactis. Debet enim eſſe ſubſtantie
mediocris: nõ nimis fluidũ: nec nimis groſſum et caſeatũ: nec diuer-
ſarũ partiũ: nec ſpumoſum. Eius quidẽ ſubſtãtia expit: mulgendo ex
eo guttã ſuper vnguẽ. Naz ſi fluat eſt ſubtile: ꝛ ſi nõ ẽ groſſũ ꝛ ſpiſſuz.
Et ſcias ꝙ lac tẽperate ſubſtãtie habet ꝑtes caſeatas: ꝛ aqueas equa-
les. Experieris igit cum in ampula ponit: ꝛ parũ mirrhe ſup ipm ꝓijcit
ꝛ digito ꝑmiſcet. Per hoc em̄ ſcitur aquoſitatis ipius ꝛ caſeitatis qn
titas que debẽt eſſe eq̃les i lacte. ¶ Ampli⁹ quãtitas lactis debet eſſe
ſufficiẽs ad infantis nutritõez. Ampli⁹ coloꝛ lact debet attineri albe
dini ꝛ ſapoꝛ dulcedini. Nõ em̄ in lacte debet eſſe amaritudo: ſalſedo:
nec acredo: nec coloꝛ viridis. Amplius nutrix nõ debet eſſe ſomnife-
ra: nec grauis ſomni. Naz ꝓpter hoc multe nutrices dimiſerũt infan-
tes fame deficere: ꝛ eoſdẽ lactãdo ſuffocauerũt obdoꝛmiẽtes ſup eos
Amplius multũ cõſiderandũ eſt ꝙ lac nutricis nõ ſit antiquũ: nec ni-
mis partui ꝓpinquũ. Sit igit duoꝝ menſiũ: vel mẽſis cum dimidio
ab hoꝛa part⁹. Et ſit partus naturalis ꝛ maſcul⁹: ꝛ ſit mulier q̃ aboꝛti
re nõ cõſueuit. Ampli⁹ cõſiderandũ ꝙ nutrix ſit cõplexionis ꝓpoꝛtio
nalis infanti quẽ dꝫ nutrire: ꝛ ſpecialr ſi infãs ſit infra latitudinẽ tẽ-
perate cõplexiõis vel ꝓpe. Et ſi infans forte coleric⁹ ſit nõ eſt malum
ꝙ nutrix ſit fleumatica: vel ꝙ eius regimẽ ſit declinãs ad fleumaticũ.
Scim⁹ em̄ ex ſupdictis ꝙ regimẽ melius cõplexionũ lapſaꝝ debet eſ-
ſe ꝑ cõtraria ꝛ nõ ꝑ ſimilia. Et ſi foꝛſan lac nutricis fuerit groſſũ ꝛ ma
li odoꝛis: melius eſt vt non det niſi poſtq̃ mulctũ fuerit: ꝛ in aere mo
ram fecerit. Et ſi fuerit vehemẽtis caloꝛis: nõ det aliquo modo ieiu-
no. Amplius ſi lac fuerit groſſum: cõueniens eſt vti ſubtiliãtibus: pu
ta oximelle diuretico cũ decoctõe origani mõtani: yſopi: epithimi ꝛ ſi
miliũ. Ampli⁹ in cibis eius vtat croco: ꝛ vtat exercitio moderato. Et
ſi foꝛſan mulier fuerit calide cõplexiõis: dabim⁹ ei i potu oximel ſim
plex cũ vino ſubtili ſil ſiue ſeꝑatim. Et ſi foꝛſã lac nutric fuerit ſubti
li⁹ q̃ʒ opoꝛtet: deſinat ab exercitio: ꝛ cibis vtat ingroſſantib ſanguinẽ
ꝛ ꝑcipiat ei vt diu doꝛmiat: ꝛ vtat vino dulci groſſo: niſi fuerit qđ ꝓ-
hibeat. Interdũ etiã cõtingit ꝙ in mamillis nutricis eſt nimia lactis
exuberãtia: ex qua cõtingit lac in mamillis coꝛrũpi. Huic autẽ acci-
denti remediat ex vſu coꝝ q̃ pauci ſunt nutrimẽti: ꝛ ieiunio: exercitio:
balneo ꝛ vigilia: ꝛ ſilibus: ꝛ emplaſtro mamillis ꝛ pectoꝛi appoſito ex
cimino ꝛ aceto: aut lentib coctis in aceto: aut fabis aut luto abſolu-
to cũ aceto: ꝛ per potũ rei ſalſe ꝛ comeſtiõe mente. Et ad idẽ valet mu
ſillago: pſillij: epithimata cũ aceto. Ampli⁹ ſcias ꝙ ruta ꝛ ozimũ ga-
riofilatũ epithimata: ꝛ interius ſumpta lac minoꝛãt. Et ſilr ex ar-
moniaco ꝛ aceto: vel ex armoniaco ꝛ vino. Et ad idez etiam valet epi
thima ex radice cauliũ. Ampli⁹ fiat linimentũ ex muſcillagine: fenu-

greci lacca: ⁊ litargiro: ⁊ oleo roſato. Amplius ſcias ꝙ cācer marinꝰ ⁊
fluuialis: cōtritus ⁊ epithimatꝰ hꝫ ꝓprietatē in iſto: ⁊ forte interiꝰ ſū-
ptus. Et ſimilit̄ ſi timeamꝰ caſeatiōem lactis in mamillis: liniant̄ cū
oleo de mēta: ⁊ de viola ſarracenica: ⁊ h̄ cū mamillaꝝ ꝯplexio decliāt
ad frigiduꝫ. Et ſi ad calidum: qḋ ſatis pōt tactu diſcerni: epithiment̄
mamille cū muſcillaginibꝫ frigidis: ⁊ oleis frigidis: et ſuccis frigidis
notis. Et ſcias ꝙ acetū vini cū oleo roſaꝝ ꝯquaſſatū: ⁊ calefactū lini-
tū ſuꝑ mamillas: ē de reſoluētibꝫ caſeatōeꝫ calidā. Et ex ꝓhibētibꝰ ca
ſeatōem frigidā eſt epithimatio cū aqua decoctōis feniculi ⁊ balſami
te: ⁊ aneti: ⁊ fenugreci: ⁊ ſimiliū. Et ſilr̄ epithima ex oleo de lilio et na-
ſturtio ⁊ camomilla ⁊ coſto: valet ad idē. Et qꝛ hoc ingredit̄ regimen
curatiuū: trāſeo. ¶ Interdū aūt nutrix nō habet lac ſufficiētis quāti
tatis ꝑ nutrimēto infantis: cuiꝰ cauſa pōt eſſe penuria nutrimēti: vel
malicia cōplexionis in toto corꝑe: vel mamillis calida vel frigida: vl̄
debilitas attractatiue mamillarū. Et ſi penuria nutrimēti ſit cauſa:
nutriat̄ iure facto ex ordeo: ⁊ furfure: ⁊ legumibus. In iuribus qꝫ ipi
us ⁊ cibis ponēde ſunt radices feniculi: ⁊ ſemen eius: anetū: ⁊ nigella.
Quidā aūt dixerūt ꝙ comedere vbera ouiū ⁊ capraꝝ cum lacte: qḋ in
eis cōtinet̄ valde eſt iuuatiuū: ꝓpter hoc ꝙ in eis exiſtit de ſimilitudi-
ne: aut ꝓpter ꝓprietatē q̄ in eis eſt. ¶ Amplīꝰ ſcias ꝙ drag. j. vermiū ter
renoꝝ ſiccoꝝ in aqua ordei cōtinue ſumpta multis diebus: valet ad
lactis multiplicatiōem. Et ſimiliter elixatura capituꝫ piſciū ſalſato-
rum valet ad idē ſepe potata: et fiat elixatura in aqua aneti. Amplius
ad idē valet butirū ⁊ ſiſamū: et valet decoctio raphani in vino. Am-
plius mamille liniant̄ ex ſtercore ſturdoꝝ cum lacte aſine ⁊ oleo more
emplaſtri: ⁊ lac ꝓuocabit̄. Etiā fricare mamillas blandis manibꝫ lac
multiplicat. Et ſi in mamillis videat̄ abūdare calor: nutriat̄ ordeo et
ſpinargijs: ⁊ ſimilibꝫ declinātibus ad frigiditatē. Et ſi eis videat̄ do-
minari frigus: ſit eius nutrīēs ſubtile ad caliditatē declinans. Et ad
h̄ cōferūt ſemē baucīarū: ⁊ ipſemet baucie. Etiā ſcias ꝙ approximatio
vētoſaꝝ ſub mamillis abſqꝫ ſcarificatōe ⁊ ml̄ta cōpreſſiōe augmētat
mamillaꝝ caliditatem: ⁊ attrahit materiā lactis ad mamillas. Et ſi
forſan velimꝰ rectificare odorē lactis: ex eo ꝙ ſit odoris mali: dabimꝰ
in potu vinū boni odoris: ⁊ ſimiliter nutriemꝰ cum cibis boni ſapo-
ris ⁊ delectabilis odoris. ¶ Euitare debet nutrix ea q̄ ſanguinē ꝑmi
ſcent mēſtruū: ⁊ lactis odorē corrūpūt: ⁊ ipſius minuūt q̄ntitatē. De-
bet igit̄ euitare coitum q̄ꝫtuꝫ poteſt: ⁊ ebrietatē: et ſatietatem nauſeati
uam: ⁊ exercitiū ⁊ balneuꝫ imoderatū. Et ſimilr̄ iram: triſticiā: vigili
am: et genera acruminū. Et vniuerſalr̄ oīa que ſanguinē ꝯturbant
⁊ cōſumūt: ⁊ malū hūoreꝫ generant. Quō aūt mamillaꝝ magnitudo
valeat ipediri: et earū magnitudo debita ꝓcurari: ſufficiēter hr̄i pt̄ ex
ſuꝑdictis capl̄is: de regulis regimis ſanitatis ex ꝑte habitudinis.

## De cōſeruatōe matricis.

De matricis autem cōſeruatiōe ⁊ debita menſtruorū ꝓuocati-
one: quia ſatis patet ex dictis ſupius in iſto capitulo: ꝓpterea
volo breuius pertrāſire. Sciendū igitur ꝙ mēſtrua tempa-
ta in qualitate et quātitate: ⁊ in tēpore ſuo currentia ſcdm̄ cōſuetudi-
nem naturalē in om̄i ſpacio: ſunt cauſe ſanitatis mulierꝝ: ⁊ mūdifica-
tionis corporis earū ab om̄i nocumēto in quātitate ⁊ qualitate: ⁊ fa-
ciunt ipas acquirere caſtitatē ⁊ paucitatē deſiderij. Et menſura equa-
lis menſtruorꝝ eſt vt menſtruet mulier in omni menſe vſqꝫ ad. xxx. di-
es. Et eſt diligenter notandū ꝙ mēſtrua naturaliter fluūt in quali-
bet lunatiōe ſemel: ⁊ ſi fluūt plus vel minus: nō eſt ex toto ſcdm̄ natu-
ram. In quibuſdā autē fluūt in prima quadra: puta in puellis: et in
quibuſdā in ſecūda: puta in iuuenibus: et in quibuſdā in tertia: puta
ꝓuectioribꝫ: et quibuſdā in quarta: puta ſenioribus. Et incipiūt mē-
ſtrua fluere in mulieribus cōmuniter poſt decimūquartū annū: qui-
buſdā citius: quibuſdā tardius: ſcdm̄ diuerſitatem cōplexionū ⁊ ha-
bitudinū: ⁊ ſimiliter regionū ⁊ ſimiliū. Et cōmuniter durant vſqꝫ ad
quinquageſimū annū. Et in quibuſdā non durāt vltra triceſimūquin-
tum: ⁊ in quibuſdā ſolum vſqꝫ ad quadrageſimūquintū annū. Quedā
enim mulieres ſunt ita male cōplexionate ꝙ nō poſſunt vſqꝫ ad quinqua-
geſimū annū ꝑuenire: ⁊ in talibus menſtrua citius naturaliter defice-
re cōſueuerūt. Quādo aūt mēſtrua alterantur a diſpoſitōe propria natu-
rali ſunt cauſa debilitatis mulierū: ⁊ alteratiōis forme: ⁊ paucitatis
cōceptionis: ⁊ multiplicatiōis aborſus: ⁊ debilitatis fetus. Multū
igitur ſollicitari debet medicus ꝙ menſtrua non alterentur a diſpoſiti-
one propria naturali. Que aūt ſit diſpoſitio menſtruorꝝ naturalis
⁊ propria: ſcitur ex colore ⁊ ſubſtantia eorꝝ. Et diuerſificantur ſcdm̄ di-
uerſitatem cōplexionis: habitudinis regiōis: etatis ⁊ regiminis. Et
hoc poteſt experiētia diſci: puta videndo colorem et ſubſtantiā men-
ſtruorꝝ diuerſarū mulierum: in cōplexione: etate: habitudine: ⁊ ſic de
alijs. Sꝫ quia hoc non ꝑtinet ad p̄ſens opus: tranſeo. Sufficit autē ad
p̄ſens ſcire ꝙ ſi menſtrua alterentur a diſpoſitiōe propria naturali: ſiue
talis alteratio ſit ex mala diſpoſitōe totius vel matricis ſunt cauſa no-
cumētorꝝ ſup̄dictorꝝ. Studēdū igitur eſt ꝙ ſint in ꝓpria naturali diſpo-
ſitōe: ꝯſeruādo ſi fuerit: vel reducēdo ſi nō fuerit. Quod quō fieri p̄t: ſufficiē-
ter haberi p̄t ex ſup̄dictis caplis ſuꝑius ex diuerſitate ꝯplexiōis: etatis ⁊ habi-
tudinis: ⁊ ex his que ſuperius in hoc caplo dicta ſūt de his que matricē ꝯfortāt.
In hoc igitur terminatur regimē ſāitatis appropriatū ſexui feminico: ⁊ per
cōſequens ſecūda pars huius tractatus.

## Tertia pars. Caplm̄. I. De regulis ſumptis ex parte elemētorꝝ nr̄o corpori occurrētiū ab extra.